

Exeg.
B.

M. 98.



in Fest

MU 6

COMMENTARIUS

IN

MALACHIAM

CVM

EXAMINE CRITICO

VERSIONVM VETERVM

ET

LECTIONVM VARIARVM

H O V B I G A N T I I

ACCEDIT

SPECIMEN

BIBLIORVM POLYGLOTTORVM

AUTORE

CAROLO FRIDERICO BAHRDT

PHILOGIAE SACRAE PROFESSORE ET S. S.

THEOL. BACCALAVREO

LIPSIAE

IN OFFICINA HEINSIA

1768.

COMMENTARIUS

IN

MALACHIAM

EVANGELII

EXAMINE CRITICO

VERSIONVM VETERVM

ET

LECTIONVM VARIARVM

H. O. V. E. I. G. A. N. T. I. I.

VERBI

SPECIMEN

BIBLIORVM POLYGLOTTORVM

AUCTORE

CAROLO FREDERICO BARNHART

PHILOGRAFIAE PROFESSORE ET S.

THEOL. BACCALAVRO

PRIMA

IN OPTICINA HENRISIA

1768



PRAEFATIO.

Editis nuper a nobis disputatiunculis super
argumento philologico, quibus viro-
rum doctorum de nostris conatibus sententias
explorare volebamus, vt sciremus, vtrum Psal-
morum librum, cum Commentario perpetuo,
quem conficere institueramus, luci daremus an
tenebris redderemus; accidit vt multi, a censo-
ribus publicis diffidentes, atque, ne animum no-
strum inuidiosis clamoribus illi deprimerent, ve-
rerentes, priuatim ad nos litteras darent, in qui-
bus cum scripta nostra, tum institutum illud de
edendo Commentario valde sibi probari significa-
bant, simul vero nos amice monebant rogabant-
que, vt ipsam Commentarii editionem differre-
mus, atque ea, quae iam a nobis conscripta essent,
retractaremus, augeremus, ornaremus; prae-
sertim cum tot in Psalmos Commentarii iam
existarent, vt operae pretium non esset, no-

P R A E F A T I O.

uum conficere, nisi opus egregium et reliquis longe perfectius exhiberi posset. His optimorum virorum consiliis obtemperare, atque operi incoepto secundam manum adferre, decreuimus. Huic vero labori hunc annum cum impenderemus, artique philologicae et criticae totos nos daremus, quam sapiens fuerit amicorum istud consilium, magnopere intelleximus. Quo longius enim progrediebamur, eo patentiorem viam longioremque videbamus. Quo factum est, vt cum Commentarium retractaremus, in multos alios libros diffunderemur. Maxime vero HOVBIGANTII Bibliis et MONTEFALCONII *Hexaplis Origenianis*, perlegendis et perlustrandis ita delectabamur, vt cum nostros homines, raro et veluti praetereundo, mentionem eorum facere videremus, quae eius rei causa esset, inquireremus. Facile autem animaduertebamus, nihil, nisi alterius raritatem, alterius pretium, plerosque a lectione librorum vtilissimorum retinuisse. Haec res nos mouit, vt et MONTEFALCONII opus, omissa versione latina et notis plerisque, describeremus et nouis iisque

que

P R A E F A T I O.

que permultis, e codicibus quibusdam, accessionibus auferemus; HOVBIGANTII vero et *Prolegomena* et *notas criticas omnes*, omisso textu et versione, singulari volumini mandarem, eo consilio, vt Philologiae Criticesque cultoribus hos duos libros, in hoc litterarum genere praestantissimos et vnicos, in tali forma exhiberemus, quae pretio suo emptorem nullum deterreret. — Interim vero nos aliqui auditorum nostrorum adibant rogabantque, vt disputatiunculus quasdam ventilarem, respondentis prouincia ipsis imposita. Quod cum facere instituissemus et Malachiae oracula in istis libellis nostro more exposuissemus, accidit, vt disputandi propositum, celeri iuuenum illorum discessu, impediretur. Quo facto scriptiunculas nostras relegere, augere, et singulari volumini mandare constituimus; de quo sic lector habeto.

MALACHIAM, et versione latina, et notis lectionem et interpretationem spectantibus, adornauimus. Notae itaque ex parte sunt *philologicae*, i. e. eae, quibus sensus verborum e natura et legibus linguae eruitur. Harum si quae sint, quae lectoribus exercitatis superuacaneae

P R A E F A T I O.

et tritae esse videantur, ea tironum gratia nos adiecisse velim existiment, vt et ii nos intelligere reliquaque facilius adsequi valeant. Non enim possumus laudare eos, qui nihil admittunt in eiusmodi scriptis, quod tironibus scriptum sit. Nam primum quidem tirones etiam ad librorum criticorum lectionem compellendi sunt, vt sensim sensimque artis eius gustum aliquem consequantur, atque ab ineptiis quorundam, qui, cum linguarum notitia careant, somnia sua scriptoribus sacris affingunt, reuocentur. Deinde multos eorum virorum, qui non sunt tirones, in leuissimis saepe satis hullucinari, quem fugit? Hoc tamen magna cum diligentia curauimus, vt alterum vitium euitaremus, hoc est, vt a fastidiosa res leuissimas *copiose* dicendi ratione abstineremus. — Si quae praeterea vocabula copiosius, quam praesens locus postulabat, exposuimus, id, rogamus lectores, vt isti sententiae nostrae tribuant, qua statuimus, lexica vulgaria, in plerisque vocum significacionibus eruendis earumque originibus docendis, tam ieiune versari, vt sanior interpretes ad eiusmodi digressiones se abripi facile patiatur. —

Caete-

P R A E F A T I O.

Caeterum hoc genus obseruationum partim vsui proprio, partim eruditioni G R O T I I nostri quem interpretibus plerisque anteponimus, partim praeceptis Cel. F I S C H E R I, cui proximum Grotio locum concederemus, nos omnino debere lectores sciunto.

Reliquae notae *criticae* sunt, i. e. eae, quae in sanitatem lectionis inquirunt. Examinauimus autem potissimum varias et Houhigantii et versionum veterum scripturas. Atque vt lectores de eo, quod super versionum illarum vsu diximus, rectius possint iudicare, quae sit in vniuersum nostra sententia, qua notae illae nituntur, exponemus.

Syriaca versio Polyglottorum quibusdam in libris cum Alexandrina mirifice conuenit, vt suspicemur, eius autorem Alexandrinos in vertendo secutum esse, et modo Codicem ebr. ad manus habuisse, quem iis in locis, vbi lacuna esset in Alexandrinis, aut versio ipsi suspecta, consuleret. Ii, qui statuunt Versionem Vulgatam ex Versione Alexandrina confectam esse, ea, quae de Syriaca diximus, facilius concedent: scilicet vel ex hoc Malachiae libello intelligent,

P R A E F A T I O.

Syriacam cum Vulgata fere vbique consentire. Si enim Vulgatam ex Alexandrina haustam esse concedis, et Syriacam vbique respondere Vulgatae videbis, Syriacam, quia antiquior est Vulgata hodierna, ex Alexandrina haustam esse, non poteris non existimare. — De Arabica Versione fere certi sumus, eam esse omnino ex graeca confectam, quam sententiam certe in iis libris, quos conferre pro hac nostra aetate potuimus, confirmatam vidimus.

Et prout adeo essemus in eam sententiam, ut statueremus, versionum veterum plerarumque autores, exceptis Chaldaeo, Aquila et Symmacho, Alexandrinos omnino esse secutos. Nam constat inter omnes, quanta fuerit olim versionis Alexandrinae autoritas. Neque id immerito. Primum enim in plerisque locis V. T. quae in N. commemorantur, planum est, scriptores N. T. versionem graecam secutos esse, etiam vbi ab ebraeo textu illa aberraret. Deinde summa patrum fere omnium in litteris hebraicis ignorantia effecit, ut textum ebraeum fere desererent, riuulis graecis vnice contenti. Quod vtrumque efficit, ut verosimillimum sit, istam versionis graecae

cae

P R A E F A T I O.

caae auctoritatem, apud reliquarum etiam versio-
num autores, tantum valuisse, vt vbiq; fere
eam sequerentur. Cui vero rei si velis inhaere-
re cum fructu et vsura, id maxime debes cogi-
tare, omnes illas versiones hodie et corruptas et
interpolatas et alienis sententiis permixtas iacere.
Ex quo fit, vt caute videndum fit, vtrum lectio
versionis, quam diiudicaturus es, sana fit, nec ne,
antequam vel cum Alex. vel cum ebr. eam con-
feras. Cui rei inseruient hae leges; primo loco
confer versionem Alexandrinam cum Ebraeo,
atque, ne omnem eius discrepantiam pro variae
scripturae indicio habeas, caue. Sed vide prius
quid habeant Alexandrinorum sequaces. Ara-
bicae versionis minima est auctoritas, quia tem-
poribus recentioribus confecta est. Et haec, vt
ex hoc Malachiae specimine videbis, coeco pe-
de sequitur vitia Alexandrinae. Itaque consen-
sus Arabicae Polyglottorum cum Alex. parum
habet ponderis. Eo magis vero debet animad-
uerti eius dissensus. Nam quo studiosius versio-
nis alicuius autor aliquem sequitur, eo maiori
attentione dignus est in iis locis, vbi ab antesi-
gnano suo discedit. Ex quo efficitur, vt con-

P R A E F A T I O.

ensus Arabicae Versionis cum Alexandrina nondum quidem efficiat, Versionem Alexandrinam esse hoc loco sanam et incorruptam, sed dissensus certissime fere indicet in versione Alexandrina legendum esse aliter. —

Post Arabem deinde confer Syrum: de quo inuerso ordine iudicabis. Is vbi ab Alexandrina dissentit, nihil habet autoritatis pro stabilienda coniectura, *Alexandrinam esse corruptam*, nisi in iis locis vbi simul a *Chaldaeo et Ebraeo discedit*, Vulgatumque sequitur. Nam tum pondus habet dissensus. Animaduerti enim saepius, Syrum, vbi haesit in verbis Alexandrinorum, Chaldaeam paraphrasin aut ipsum textum Ebraeum consuluisse. In eiusmodi itaque locis, dissensus nil ponderis habet, in criticis super Alexandrina versione animaduersionibus. Contra, vbi *ab Ebraeo textu aequae ac Chaldaica paraphrasi omnino abhorret* cumque solo Vulgato vel adeo Arabe conuenit, ibi Alexandrinos secutus esse iure censetur, nempe ita, vt, vbi cum hodierno Alexand. textu conuenit, tum textum Alex. genuinum et purum esse certissime colligas, vbi vero ab eo dissentit, tum etiam textum Alex. olim aut aliter iacuisse,

P R A E F A T I O.

cuisse, aut lacunam habuisse, manuque medica
nunc indigere, non inepte statuas. — Denique
ubi Syrus Arabs et Alexandrini consentiunt, ibi
Vulgata versio, si similiter ab Ebraeo aliena sit,
pro sana non habenda sed restituenda est. —
Ita se rem habere arbitramur.

Tentauimus autem ex his placitis, Versiones
cum Alexandrinam, tum reliquas, examinare at-
que etiam emendare. — Ad Versionis Vulgatae
examen adhibuimus varias scripturas, quas nobis
BLANCHINVS Veronensis, in *Vindiciis Canonica-
rum scripturarum Vulg. lat. editionis*, e Codice To-
letanae ecclesiae, litteris Gothicis exarato, (ex
collationibus, quas PALOMARES inter hunc
Codicem et Editionem Vulgatae Basileensem
Hentenii instituerat) exhibuit. —

Aequi lectores, vtrum feliciter an inuita
Minerua operam nostram impenderimus, iudi-
cent. Multi certe clamant Versiones veteres re-
stituendas esse pristinae integritati, antequam iis,
tanquam idoneis Criticis subsidiis, vti possi-
mus; pauci autem huic oneri humeros suppo-
nere conantur. Itaque monendi sunt lectores
nostri, vt si eorum expectationi et gustui non
fatis-

P R A E F A T I O.

satisfecerimus, non statim clamoribus *) prosequantur eum, qui sine duce, viam parum tritam ire sustinuit: vt ne deprimant animum, studio critico summa cum voluptate et laborum patientia intentum.

Rogamus vero aequos doctosque rerum aestimatores, vt potissimum id humanitatis officium nobis praestent, quod est in ignoscendis vitiis leuioribus. Quare si quando nimis libere, aut pro autoritate aliquid dicere videamur, id ne nimis vrgeant maleque interpretentur, vehementissime obsecramus. Nam cum Grotii imprimis scripta diligenter legeremus, tale orationis genus, nobis inuitis, passim adhaesit scriptis nostris, quale profecto delicatae aures, tanquam a modestiae legibus nimis alienum, reformidant. Nihil enim in hoc toto libello dixisse volumus, quod non cuiusuis periti iudicio lubentissime subiiceremus.



COM-


*) Siue ii sint *Criticorum* siue *Anticriticorum* clamores: nam vtrosque auris nostra fastidit et arcet.

COMMENTARIUS
IN
MALACHIAM.

COMMENTARIUS

IN

MALACCIAM



PROLEGOMENA.

Est vero is saeculi nostri genius, (neque is, vt ego iudico, admodum reprehendendus) vt nihil magis horreant homines nostri, quam si qui res, a multis copiose enarratas, scriptis repetere, atque crambem bis coctam conuiuis, quaeuis nouitatis specie carentia nauseantibus, proponere conetur. Atque etiam Critici nostri id perpetuo vrgent, vt nouorum scriptorum conditores, a fastidiosa rerum centies dictarum iteratione abstineant, eaque, quae scribunt, breuiter et ita exponant, vt vel ipsae res, vel certe habitus, vel forma rerum, nouitatis nota legentibus commendetur. Quae cum ita sint, nos quidem plane de eo tacemus, quicquid de *autore libri*, de *nomine* et *aetate* Malachiae, de *statu Iudaeorum*, quem haec prophetia respicit, de *diuina libri autoritate* aliisque eius generis rebus, in Prolegomenis dici solet; cum id omnes, quicumque vel in vniuersam scripturam sacram introductiones composuerunt, vel in singulos scripturae libros commentati sunt, copiose et docte et saepius exposuerint. Solum igitur libri huius *argumentum* proponemus lectoribus; quia id rectius et accuratius, quam interpretum *quidam* vulgarium, adsecuti esse videmur. Nos enim, si quid videmus, Malachiam nostrum, reliquorum more prophetarum, libellum suum non vno tempore conscripsisse, sed, singulis orationibus ad populum habitis, singularum *summam* domi descripsisse et demum in vnum Volumen collegisse


PROLEGOMENA.

gisse, opinamur. Vnde ortae nobis sunt partes libelli quatuor. I. In prima reprehendit populi Iudaici, et potissimum sacerdotum, in negligendo cultu Dei publico, impietatem, atque, de violato foedere Leuitico, Dei nomine, queritur *); Cap. 1. vsque Cap. 2, 10. II. Alio tempore sermonem habuit, de matrimonii iuribus non violandis: in quo Iudaeos grauiter accusat, quod vxores Barbaras suis vxoribus adiungerent, illarumque gratia, has premerent atque vexarent. Huius sermonis summam complexus est, v. 10 - 16. C. 2. — III. Postea, cum profanorum hominum improbitas latius proferperet, adeo vt magna Iudaeorum pars, fidem, in promissiones Dei de redemptione generis Iudaici per Messiam futurum, fere dimitteret, atque ad Naturalismum declinaret, duabus orationibus grassanti malo succurrere iussus est. Itaque a C. 2, 17. vsque C. 3, 12. profanorum rationes exponit et refutat, repetitis, de Messia, et *redemptore* et *iudice*, mox venturo, vaticiniis. IV. Et hoc idem argumentum persequitur C. 3, 13. fin. — Iam, quoniam huius diuisionis argumenta mere interna sunt, lectores ad ipsum Commentariolum nostrum ablegamus.



MALA-

*) Cum *foedus* illud Leuiticum a multis male intellectum et ieiune explicatum fuerit, vellem, vt antequam hanc Malachiae orationem legerent, eius *foederis religiosi* naturam et indolem peterent, e quatuor Programmatibus, a Patre meo an. 1761. *de Foedere Jalis et Jale foederis* scriptis.



MALACHIAS.

CAPVT I.

I. Oracula diuinitus edita per Malachiam quibus

אֱלֹהֵי יִשְׂרָאֵל - מִשְׁנָה דְּבַר יְהוָה אֶל-יִשְׂרָאֵל] Est titulus libri, quem Ebraei solebant nectere librorum initiis: qua in re eos imitatus est MARCVS. מִשְׁנָה vero, cum a *ferendo* dicitur, cum *onus* quod quis *fert*, tum *sententiam* a iudice *prolatam* significat, quod vereor an praeter VITRINGAM et VENEMAM satis iam obseruatum sit aliis interpretibus. Dicitur autem in vtramque partem, atque tum demum malo sensu sumi clare indicatur, vbi אֱלֹהֵי sequitur, pro quo אֱלֹהֵי h. l. ita vt מִשְׁנָה אֶל-יִשְׂרָאֵל h. l. sit *sententia grauis de reprehendenda Israelitarum impietate atque potissimum ingratitude*. Atque hanc in rem egregie facit locus 2 Reg. 9, 25. יְהוָה נִשְׂא עָלָיו אֶת-הַמִּשְׁנָה הַזֹּאת Ioua tulit contra eum hanc *sententiam*. Sic Es. 17, 1. מִשְׁנָה דְּמִשְׁקֵי סִירֵי סִירֵי אֲשֶׁר בְּבֵית מִשְׁנָה אֶל-יִשְׂרָאֵל est: *Decretum de puniendis Syris*. Alex. λῆμμα quod puto apud interpretes graecos nihil aliud esse, quam quod Aqu. dicit ἄσμα i. e. *onus*. Nam saepius vtuntur hoc vocabulo pro ebr. מִשְׁנָה, vt Symmachus et reliqui, Prou. 31, 1. vbi מִשְׁנָה vniuersim de *admonitionibus* dicitur. Sic Theod. et Sym. Es. 15, 1. Atque etiam Vulgatus interpres qui Alex. sequi solet, *onus* habet. Caeterum in editis exemplaribus falso legi ὄσμα pro ἄσμα monet Montefalconius:

bus Israelitae grauitur admonentur poenae-
que

nus: vnde intelligis, cur Syrus, qui iam talem lectio-
nem ante oculos habuit, quae forsan glossema fuit
interpretis imperitioris, וְחִי° *visio* redderet. Hinc

et Arabs eadem de causa reddit وَحْي° *visio, res diui-*
nitus reuelata. Chaldaeus vero בטל° *onus*, rectius.

Nam משא° cum חזון non omnino potest promiscue
poni, quia חזון semper diuinitus suggesta indicat
 משא° vero cuiuslibet sententias, dicta, monitaue in-
nuere potest. Hinc etiam non superflua sunt ver-
ba דבר יהוה quae mihi semper indicare videntur,
eam rem esse *diuinitus* patefactam, nempe per *im-*
mediatam reuelationem, quae ipsa exprimitur saepius
voce חזון , posito nomine formae pro nomine gene-
ris. Notari praeterea meretur ל° טו veteres omnes

reddere ita, ac si legissent על . Sic Arab. عَلَي° Syr.

על° Chald. על Alex. ἐπι , adeo vt emendationi locus
esset, nisi constaret ל° pro על poni eodem modo vt in
N. T. πρὸς pro ἐπι vt: Luc. 3, 2.

[ביר מלאכי] Qui sit vsus vocis יר , et quod post ב
redundet, tirones e *VORSTIO* discant. De מלאכי
vero nullum acutiori interpreti dubium esse potest, non
Esram aut alium libri autorem eo indicari, sed esse no-
men proprium, prophetae singularis. Nam quae ali-
qui proferunt ex loco Syracidis Eccl. 49. vbi Seruba-
bel, Iosua et Nehemia ac XII. prophetae nominantur
praetermisso nomine Esrae; et e *minore Chronico* Iu-
daeorum, vbi nomina Esrae et Malachiae promiscue
poni videntur; aliaque e textu ipso desumpta; nihil
probant nisi hoc: *primum*, eorum sententiam qui Es-
ram

ram

que iis nunciantur. 2. Ioua, amore, inquit,

ram autorem libri esse et cognomine Malachiae insignitum fuisse perhibent, esse admodum antiquam: *deinde*, multa in ipso libro Malachiae, Esrae temporibus conuenire. Quae tamen nihil efficiunt. Alex. quidem τὸ ἀγγέλλει αὐτῷ habere dicuntur, sed ipsa haec lectio mihi ideo suspecta est, quamuis Arabs eam sequatur, quia Vulgatus et Syrus, quorum vterque Alexandrinos, certe in iis libris quos ego quidem haecenus cum versionum veterum collatione perlegere potui, communissime sequitur, h. l. discedunt, et nomen proprium habent. Non enim inficiabuntur sagaciores critici, loca versionis Alex. permulta, saepe e solis interpretibus, qui eam secuti sunt, restitui posse et debere. Nam a quo tempore Hexapla concinnata fuerunt, multi errores in descriptionibus orti sunt eiusmodi, vt, quod Aquilae esset Sym. aut Alexandrinis, et vice versa, tribueretur, vel nuda glossata, tanquam Aquilae vel alius lectiones, reciperentur, cuius rei Montefalconius paucissima modo exempla notauit, adeo vt in hoc genere amplissimus campus pateat Criticis. Neque tamen h. l. ausim decernere. — Caeterum Chald. בִּיר מְלָאכִי דִּיתְקָרִי habet, suo more sed non suo iure. Nam liberius interpretatur, et de suis saepe addit. — Οἱ λοιποὶ, (qui sunt in Hexaplis Aqu. Sym. Theod. cum reliquis graecis) μαλαχί. Quamuis Barberinus codex habet Α. Σ. Θ. μαλαχίς, mendose, vt putat Montefalconius.

V. 2. אהבתי אתכם אמר יהוה ואמרתם במה
 אהבתנו] Ac si diceret: *haec est oratio Iouae, dilexi vos!* i. e. huc tota redit oratio Dei, vt neglectorum beneficiorum vos accuset. Hoc vidit ignotus interpres,

A 2

qui

quit, singulari vos amplexus sum. Sed vos ne agnoscere quidem velle videmini beneficia, quibus praecipuum hunc amorem significavi.

qui in Alex. ad marginem libri sui scripsit: *Θέθε δὴ ἐπὶ ταῖς καρδίαις ὑμῶν* quae verba fere c. 2, 2. leguntur et imperitia librariorum quorundam in textum quorundam exemplarium irrepsisse videntur, cuius rei innumera prostant exempla conf. Ier. 10, 4. 9. Es. 41, 7. 2 Sam. 20, 18. ed. Breit. Sic Ps. 3, 8. *ματαίως* transcriptum ex Ps. 34, 19. Ioel 1, 14. transcriptum *ἐκτενῶς* ex Ion. 3, 8. vid. Montefalc. p. 519. ad Ps. 36, 7. 20. — Verba autem Alex. *Θέθε κ. λ.* non esse genuina, verosimile fit ex eo, quod Vulg. et Syrus ea non reddiderint. Arabs contra recentior, ut mihi videtur, illis, ea expressit. Absunt etiam a Chaldaeo. Hinc certe in Ebraeo nunquam lecta esse censeo. *בָּהֶן* autem uniuersim notat et amare et amorem *beneficiis significare*, h. l. *prae-habere, insignem facere aliquem, distinguere*. Notatur liberatio per Cyrum quae Israelitis contigerat, neglectis Idumaeis.

וְהוּא יְהוָה אֱלֹהֵינוּ וְיִשְׂרָאֵל וְיִדּוּמְיָאֵי Vulg. Syr. Ar. ut Alex. *Καὶ εἶπατε· ἐν τίνι ἠγάπησας ἡμᾶς; ἔκ ἀδελφῶν ἦν Ἡσαῦ τῷ Ἰακώβ· λέγει κύριος.* Sensus toti contextui aptissimus oritur, si sic reddis: *dicitis? non praehabuisti nos: i. e. Et non vultis agnoscere praecipua illa beneficia, quibus vos ornavi posthabitis aliis? Poteris יְהוָה et יִשְׂרָאֵל Israelitas atque Idumaeos reddere, ex more Ebraeorum, et vocem אֱלֹהֵינוּ de necessariis intelligere, quia אֱלֹהֵינוּ et ἀδελφῶν qualemcunque et sanguinis et patriae et religionis et muneris coniunctionem innuit: sed non minus recte interpretaberis sic: Nonne Iacobus et Esauus fratres erant, i. e. Nonne communem*

nein

ficaui. Ac si nesciretis Isaacum meum Idu-
maeorum aequae ac Iudaeorum patrem exti-
tisse — ait Ioua. Quod cum ita sit, cur vos ta-
men

nem *parentem* habent Idumaei et Israelitae? Sensus
idem redit vndique. — De verbis נִאָרָה יְהוָה dixi-
mus in dissertatione, qua carmen Daudis XXXVI.
Obss. phil. illustrare conati sumus. Scilicet נִאָרָה est
pr. *summisse loqui, susurrare*. Dicitur de sermonibus
deorum, quos veteres putabant cum hominibus sum-
missim loqui et quasi susurrando in aurem dicere pate-
facienda. Hinc et Arab. نَام est *mussitavit, gemit et*
^{سواء} نِيْمٌ *vox debilis, summissa*. Ex quo efficitur, vt
נִאָרָה fit *inspirare, patefacere*, atque non nisi de Ioua
dicatur apud sacros scriptores.

[וְאָהַבְתָּ אֶת-יַעֲקֹב וְאֶת-עֵשׂוֹ שְׂנֵאתִי In hoc mem-
bro יַעֲקֹב non poteris non reddere *Israelitas*, siue *vos*.
Nam solent Ebraei nomen ponere pro pronomine, vt
1 Reg. 8, 1. adeo vt non nimis tribuendum sit iis, qui
probare contendunt pluralitatem personarum, ex iis lo-
cis, vbi Ioua *de* Ioua loquitur. Plus valent ea loca vbi
Ioua *cum* Ioua verba facit. — Sed accentuatio in hoc
loco non sana est. Ex more Ebraeorum loquendi ver-
ba versus sequentis: וְאֶת-עֵשׂוֹ שְׂנֵאתִי non possunt se-
parari a verbis וְאָהַבְתָּ אֶת-יַעֲקֹב *praehabui Israelitas et*
posthabui Idumaeos s. *Israelitas Idumaeis praeposui*.
Houbigantium id non vidisse miratus sum, cum mo-
rem illum Ebraeorum duo membra sibi respondentia
coniungendi, tam bene perspiceret, vt eo saepius ad re-
futandam hodiernam interpunctionem vteretur. Ego
certe sine haesitatione auellerem a versu secundo ea ver-
ba, et primo annecterem. Nam cohaeret deinde oratio
A 3 versu

men Israelitas adeo amari vt Idumaeos negligere?

versu 3 et 4 tanquam descriptio calamitatum, quibus neglecti Idumaei premendi erant. Video praeterea Arabem et Syrum mecum facere. Interpunctionem autem, quae hodie in Alex. cernitur, recentiore et spuriam esse quis est quin concedat, etsi Vulg. eandem tueatur. Iam שונאתי vi oppositionis h. l. non erit odisse, sed *posthabere, negligere*. Gen. 29, 31. 32. coll. v. 30. Neque rem ignotam proponeremus, si, verba ἀγαπᾶν et μισεῖν eodem modo in N. T. dici, copiosius demonstrare vellemus, conf. Matth. 6, 24. Huc tamen imprimis pertinet locus Pauli Rom. 9, 13. καθὼς γέγραπται, τὸν Ἰακώβ ἠγάπησα, τὸν δὲ Ἠσαὺ ἐμίσησα. Vbi Apostolus vult ostendere: ex eo, quod Deus Israelitas anteposuerit Idumaeis, apparere, Deum in beneficiis, ad hanc vitam pertinentibus, conferendis saepe non tam iustitiae, quam sapientiae rationes sequi i. e. Deum saepe pro arbitrio agere, ita vt, non quid pietas vel impietas hominum requirat, sed quid finibus in regundo vniuerso propositis aptum sit, respiciat; i. e. *Decreta Dei esse liberrima*, seu vt Apostoli verbis haec dicam, τὴν τῆς Θεῆς πρόθεσιν μένειν κατ' ἐκλογὴν. Caeterum e verbis Pauli licebit denuo coniectari, verba שונאתי עשו ואת-יעקב olim etiam in vers. Alex. coniunctim lecta fuisse,

V. 3. [ואשים את-הרים שממה] Tò γ redde *nam non solum*. Ostendit enim qua in re anteposuerit Israelitas Idumaeis, quorum non solum agros et oppida dirui passus, sed etiam nunquam, ea reaedificari, passurus erat. Caeterum עשו הרים est *regio Idumaeorum*, quae הרים dicitur, quia *montosa* erat. Alibi שער alibi שער appellatur, alibi ארם vide Es. 21, 11. Ier.

gerem? 3. Nam eorum non solum regionem
dirui

Ier. 29, 7. Iam וַיִּשְׁׁוּ vt in N. T. τιθέμεναι , cui respon-
det, notat vniuersim *facere, fieri iubere*, vbi cum ל id
est *eis* construitur, quod certe subintelligi debet vbi
deest; hinc Alexandrini recte: $\text{ἔταξα τὰ ὄρηα αὐτῶν}$
 εἰς ἀφανισμόν , vbi ὄρηα sec. glossar. veter. etiam de
montibus accipi potest. Sed Arabs proprie accepit
 حُدُود *terminos eius*, quoad sensum bene. Verum
Syr. et Vulg. *montes*. Neque aliter Chaldaeus. —
EVRIP. Hec.

— — $\text{Θόιναν ἀγρέων θηρῶν}$
 Τιθέμενος — — — —

[וַחַת - נחלתו לתנות מרבר] Hoc alterum membrum
eundem sensum habet quod prius, idque more Poeta-
rum et Prophetarum, quorum stylus ad poetarum ratio-
nes proxime accedit. De hac analogia membrorum
diuino interpretis adminiculo LOWTHVM multa prae-
clara docuisse constat. Et rogandi sunt Psalmorum in-
terpretes vt eam ante oculos habere discant, ne quaeuis
somnia istis carminibus affingant. Iam נחלה Ebraeis
est, *id quod quis iure haereditario possidet*, differtque
ab אֲחֻזָּה quod quacunque ratione accepisti. Hoc loco
notatur idem, quod per הריו , scilicet regio Idumaeo-
rum — שום ארץ לתנות pertinet ad אשום : et לתנות מרבר
esset, *iubere agros deuastari adeo, vt dracones post-
ea in iis sedes suas figant*. Frequens etiam est haec
comparatio conf. Es. 34, 13. Ier. 9, 10. Sed h. l. ta-
men vix admittenda erit. Primum enim Versiones
vett. omnes pugnant cum hac sententia, praeter Vulg.
qui *dracones*, (quae tamen versio e corrupto quodam Alex.
exemplo orta esse videtur. Nam forte ad marginem
aliquis

dirui vastarique iussi, 4. sed etiam, quamuis

aliquis posuit δρακ. et alius in textum intulit, vnde Vulg. haufit vitium) et Aqu. qui σειρήνας habet. Deinde dracones dicuntur תנורים non תנורות. Denique verba תנורות מדבר non responderent verbo שממה quod tamen Analogia membrorum requirebat. Praeterea et hoc possis afferre, תנורות מדבר nunquam dici in Scriptura. Haec me mouent vt Cl. BOISSII sententiam (*In den Beytraegen* Tom. III. p. 540.) amplecti malim, quae eo redit, vt תנורות sint *domicilia, aedes, loca*, quod vt video HOUBIGANTIVS etiam vult, quamuis rationes nullas adducat. Accedunt hae rationes: Primum Arab. ^{56'} مَنَاسٍ est *mansio, habitatio*. Deinde Sym. et Theod. h. l. reddunt εἰς ἀνεπιβόατα, *loca, ad quae nemo accedit et accedere potest habitandi causa*: et haec certe sunt תנורות מדבר. Porro Alex. εἰς δώματα ἐρήμους. Sic fere Syrus ^{56'} مَنَاسٍ بِمَدِينَةٍ Sed Ar. ^{56'} مَنَاسٍ *dona*, qui vel legit in Alexandrina quam sequitur h. l. δώματα; vel ^{56'} مَنَاسٍ olim dictum est de *domiciliis*, primum iis, quae cui *gratis* dantur, *freye Wohnung*, deinde vniuersim de *domiciliis*; vel legendum ^{56'} مَنَاسٍ, quae arab. proprie sunt *loca ubi recumbunt pecudes potandae*. Iona- than denique: ^{56'} מְדִינָה לְצִדְוֹן *vastationem deserti*, vbi ^{56'} מְדִינָה glossam redolet; nam תנורות מדבר iam sunt *צרות*. Nisi diceres תנורות olim non solum *loca*, sed et *loca deserta* i. e. *צרות* significasse. Saltem Aquila originum Sectator aliquando habet ἀοικητος, vt Ps. 43, 8. 67, 5. Sed sufficient haec. Vox ^{56'} מְדִינָה proprie non *desertum* notat, sed *locum ubi non sunt aedes*. e. g. *agri, siluae* etc. Nam ^{56'} מְדִינָה est *agere, ducere*. Dictumque est

uis regiones vastatas restituere olim conentur,
ita

est olim vt Syr. **כִּנִּי** de pastoribus, qui pecus *agunt* et agricolis, qui sulcos *ducunt*, vnde **כִּנִּי** Syris aruum et campum denotat. Deinde ad *gubernatorum* et *oratorum* negotia translatum est. Nam linguae Ebraeae origines ab iis hominibus petendae sunt, qui fuerunt primi in societate humana et simplicissimi i. e. a pastoribus, agricolis, militibus. — Ex qua obseruatione intelligis, quam inepte Lexicographi quidam origines vocum metaphysica subtilitate ad notiones abstractas saepe retulerint. — Iam **מִדְבַּר** proprie est *locus in quem pecus agitur* i. q. **שָׂדֵה** aut **יַעַר**. Nam Syrus saepe pro **שָׂדֵה** ponit **כִּנִּי** vt Ps. 8, 8. Hinc Ioel 1, 19. **נֶאֱמַר** **מִדְבַּר** sunt aut *casae pastorum* aut *pascua laeta*. Vbi itaque **מִדְבַּר** desertum notat, ibi additur **שִׁמְמָה** vel saltem subintelligi debet; vt adeo h. l. **תְּנוּת מִדְבַּר** sint i. q. in priori membro **שִׁמְמָה**, *loca deserta, regiones vastatae*.

[כי-תאמר ארום רששו ונשוב ונבנה חרבות V. 4. Ebraei, vbi conamina aliorum narrant, loquentes eos solent inducere. Hinc **אָמַר** saepe idem est quod *deliberare, cogitare*. Sensus loci nostri is est: *quamuis sperent Idumaei fore, vt res eorum desperatae olim restituantur, Ioua tamen id non permittet, sed spem eorum frustaneam esse iubebit*. Iam de voce **רִשְׁשׁוּ** dissentiunt Interpretes. Puta **רִשַׁשׁ** et **רִשַׁשׁ** esse eiusdem originis. Notio prima est, *quassare, concutere, ita aliquem impellere et concutere vt sudet*. Deinde valet *defessum infirmum tenuem reddere, exuere*, (viribus et opibus) denique omnino *perdere*. Haec genealogia notionum facili negotio cognoscitur e lingua arabica, si radices eius linguae cognatas velis conferre. Primum enim

ita eos prohibere a conatu decreui, ait Ioua
domi-

רשׁתּוֹ est *impellere equum vt fudet* (deinde vniuersim
madefacere, conspergere) vnde רשׁתּוֹ אֲנִשׁוֹ *os enervatum*
et רשׁתּוֹ שׁוֹר *languor, imbecillitas*. Deinde cognatum
רשׁתּוֹ est *debilitare, elumbem reddere*. Denique cog-
natum רשׁתּוֹ *tritum, dissolutus fuit c. IV, terere, dissol-*
uere, (quam notionem רשׁתּוֹ habet in Piel Ier. 6, 17.
vid. Boissium T. III. p. 493.) et *conficere*. Sic et Syr.
רשׁתּוֹ *concuſſus, percussus est*. Iam רשׁתּוֹ h. l. quia
opponitur רשׁתּוֹ בְּנִינָה idem est ac *destrui, dissolui, dirui*.
Sed videamus de Versionibus, Alex. Διότι ἐρεῖ ἡ Ἰδουμαία
κατέσραπται. Legerunt quidem רשׁתּוֹ, sed egre-
gie tamen expresserunt per κατέσρα. Et puto in Alex.
legi debere, Διότι ἐρεῖ ἡ Ἰδουμαία κατέσραπται. Sal-
tem ita auctor Vulgatae legisse videtur, qui sic: *Quia*
dicit Idumaea: subuersa est sc. terra mea. Caeterum se-
quitur Arabs *depressa, perdita est*. Sed Syrus
et Chald, seduxerunt interpretes ad versionem vulga-
rem: *depauperati sumus*.

Ebraei cum soleant verbis
] נשׁוֹב וּבְנִינָה חֲרִבּוֹת
שוב, הוֹסִיף, הוֹטִיב etc. aduerbia exprimere, etiam
h. l. in vocabulo נשׁוֹב non cogitare debes de captiui-
tate, ex qua reduces se fore potuissent Idumaei sperare.
Nam שׁוֹב בְּנִינָה est *reaedificare ἀνοικοδομεῖν*. Hinc egre-
gie Syrus vt Alex, καὶ ἐπιστρέψωμεν, καὶ ἀνοικοδομήσω-
μεν, quibus verbis Ebraismus seruatus est, frustra reni-
tentibus iis, qui ἐπιστρέψωμεν glossam redolere volunt,
quia non est οἰκοδομ. sed ἀνοικοδομεῖν, nam primum ἀνοὶ
in comp. vim amittere notum est, deinde duodecim lo-
ca video existere, in quibus בְּנִינָה reddunt ἀνοικοδομεῖν
quamuis

dominus vniuersi, vt, si quae reaedificent,
denuo

quamuis non praecedat שׁוּב vt hoc ipso commate et
infra 3, 15. — חרבות sunt oppida diruta, vici et agri
deuastati. Nam הרב vniuerse est perdere vi. Iam de
hominibus valuit necare, de agris vero et regionibus de-
solari, quatenus id fit bello. Nam חרב est bellum ge-
rere, inde spoliare, exuere opibus. Deinde, vbi agri in-
colis opibusque spoliati non coluntur, eorum superfi-
cies mox solis aestu plane excoquitur et exsiccat, vn-
de fluxit notio exsiccandi. Alex. τὰς ἡξημαμένους, feu
vt Vaticanus habet, magis ad Ebraeum, τὰς ἐρήμους, sc.
χώσας. Sed tamen et Vulg. habet, quae destructa sunt,
Syrus vero et Arabs ruinas, deserta.

כה אמר יהוה צבאות המה יבנו ואני אהרום
וקראו להם גבול רשעה והעם אשר - זעם יהוה
] Sic כי et כה sibi respondent vt: quam-
uis — tamen — יהוה צבאות nihil aliud est quam
Ioua dominus vniuersi, nam צבא non copiam homi-
num vel spirituum tantum notat, sed quamcunque mul-
titudinem rerum, etiam inanimatarum. Hinc Alex. Es.
34, 2, vbi in ebr. sunt verba וכל-צבאם: red-
dit: ἐπὶ τὸν ἄριθμον αὐτῶν. Puto itaque צבא apud
veteres notasse omne numericum quod est in aliqua
re; adeo vt, vbi de coelo sermo fit, notet *stellas* et
sidera omnia; si de terra, notet *homines, bestias, arbo-
res, plantas, reliqua*; si de loco coelitem, notet *ange-
los et Sanctos* etc. Sic Gen. 2, 1, verba השמים והארץ
והכל-צבאם idem sunt ac *vniuersum*, quod alias Ebraei
dicunt כל-מלאם τὸ πλήρωμα αὐτῶν i. e. omnia quae
sunt in coelo et in terra. — Hinc fit, vt vbique ha-
beant παντοκράτωρ vbi in Ebraeo est צבאות, idque
rectissime. Etiam apud Ar. τῶ יהוה צבאות respon-
det

denuo ea destruam, adeo vt nunquam desinant

det رب العالمين *dominus mundi i. e. creaturarum omnium.* Versio Arabica communissime reddit: الرب *Domini* الضابط الكل *Domini qui tenet, seruat, regit universum.* Syrus بديدا *potentissimus.* הרס est verum oppositum בנות vid. Ier. 1, 10. Arabes dicunt هرس cum de rebus durioribus, quae *contunduntur*, tum de vestibus quae *conteruntur*. Hinc هرس est *vestis trita* et مهراس *petra excavaata, in qua aliquid contunditur.* Alexandrini communissime vtuntur vocabulis καταρέω et κατασκάπλω, bis tantum συντρίβω, et hoc vno loco κατασρέφω. Chald. optime vt Ier. 1, 10. דמנ *demoliar.* — Porro קראו להם *vocabunt eos*, dicitur ebraice pro יקראו *vocabuntur.* Alex. quoad sensum bene: Καὶ ἐπικληθήσεται αὐτοῖς. Sic Matth. 1, 23. καλέσθαι ebr. pro καλέσεται vt Luc. 12, 20. ἀπαιτῆσαι pro ἀπαιτήσεται. — גבול רשעה est *regio impia*; nam nomina casus secundi pro adiectiuis, et *fines* pro ipsa *regione* dici, notissima sunt. Solebant autem veteres mala atque calamitates, Deorum irae tribuere, ita, vt, si vrbs vel regio quaedam omnino esset deleta, Deos aut sacra eorum laesa esse atque iram eorum placari non potuisse, dicitarent. Ex quo sensum horum verborum planius intelliges. Iam verba העם אשר-ועם idem omnino valent quod גבול רשעה nempe, *regio cui Deus impietatis causa infensus fuit, quamque ideo dirui vastarique iussit.* — Est autem ועם *iratum esse, vindictae studere vel adeo eam sumere.* Arabes تزرع de eo dicunt qui *increpat* alterum qui sermone

iram

nant vocari regio a Diis maledicta scelerum
causa.

iram prodit et alterum verbis vehementioribus *laceffit*. Denique verba ער-עולם non ad ועם sed ad לראי להם pertinere quilibet videbit, qui, quid grammaticae verum sit, didicerit. Nam particulae temporis ad finem commatis positae, eam phrasin semper respiciunt, quae utrumque membrum regit. Alex. λαὸς ἐφ' ὃν παρατέτακται Κύριος ἕως αἰῶνος. (Hesych. παρατέτακται, ἡτοίμασα) Sensus egregie expressus est. Nam positum est verbum effectus pro verbo causae: *quem Deus in eo est ut oppugnet*, i. e. cui Deus adeo infensus est, ut iam aciem quasi instruxerit ad eos oppugnandos et delendos. Sic Chald. *adaucam maledictionem*, quasi esset ועמתי — Sed liceat quaedam ad verba ἕως αἰῶνος disputare. Vox עולם cui exacte respondet αἰὼν cum vi originis suae, tum propter perpetuam Scriptorum consuetudinem, nihil aliud esse potest, quam *tempus cuius finis nos latet, aevum, tempus finitum sed indefinitum*. Quodcumque itaque temporis spatium, quod scriptor sibi in animo fixit, est עולם. Ita historicus posset *periodos* historiae עולמים vocare et pro arbitrio eorum spatia definire. Iudicandum itaque est in singulis locis e contextu orationis, quod circiter temporis spatium indicetur. Sic, si quis se aliquid facere velle diceret ער-עולם, reddendum esset: *dum vivo*. Eadem verba 1 Sam. 3, 13. reddenda erunt e contextu sic: *quamdiu erit gens Ithamaris*. Quare ex solo vocabulo עולם nunquam potest praedicatum *aeternitatis* demonstrari, neque si componitur: ut וער-עולם; neque si pluralis est: בעולמים. Hoc quidem facile largior, tempus indefinitum paulo longius indicari vocabulis ער-עולם et מעולם fere gradum durationis per בעולמים, et in graecis per εἰς τὰς αἰῶνας τῶν αἰῶνων

causa. 5. Et haec ipsi olim experiemini
et potentiam bonitatemque Dei celebra-
bitis

αἰώνων in tempora temporum i. e. diutissime et pro sub-
strata materia, aeternum; (hinc מות עולם θάνατος
αἰώνιος, proprie est calamitas, miseria, cuius finem ne-
mo videt, quali nulla potest esse maior) sed cuiusvis rei
infinitem et aeternitatem caue, ne ex solo vocabulo
עולם probare contendas, si tibi res est cum linguae pe-
rito. Nisi enim aliunde constaret e. g. Dei, vel poena-
rum infernalium aeternitas, ego propter solum vocabu-
lum עולם neutram crederem. — Vetus vocis arab. عالم
ante dicta non minus confirmat quam chald. עולם.

V. 5. ועיניכם תראינה ואתם תאמרו יגדל יהוה
[מעל לגבורל ישראל] Duo sibi respondent sic: Quo
viso, laudabitis Deum propter singularem clementiam
qua vestris regionibus pepercit, cum contra Idumaeorum
dirui sit passus. — ראוהו est experiri, et עין quod
h. l. additur exprimit τὸ ipse. Ita sensus loci nostri is
est: quando ipsi intereritis huic Idumaeorum fato eiusque
testes existetis. Opponitur ראוהו עיניו, τῶν rela-
tum legere vel audire — גדל vt apud Arabes جدل
dictum olim videtur de robore vegetatiuo ita, vt sit ro-
bur capere et incrementa, vt puer, qui adolescit, membris
robur indies maius accipientibus, et planta quae crescit
&c. Hinc جَدْل non solum robur sed et ipsa grana
in aristis robustiora, et جَانِل adolescentem, iuuenem
robustiore notat. Vnde facile intelligis quomodo גדל,
de Deo dictum, valeat: facta egregia patrare, quae
sint signa virtutis et potentiae eius, vel: fortem et po-
tentem se gerere factis magnificis. Deus autem id facere
solet, vel puniendis improbis, vel ornandis piis. Hoc
loco

bitis, quod fines adeo vestros amplificauerit.
6. Iam vero, cum filium patri subditumque
magistra-

loco pertinet ad beneficia potiora illa, quibus Iudaeos affecerat, posthabitis Idumaeis: quod indicant clarius verba: *לְגוֹרֵי יִשְׂרָאֵל מֵעַל* Deus inclaruit per *ultra terminos Israelis i. e. proferendis Israelitarum finibus*. Nam *מֵעַל* sequente *ל* est *ultra, supra* Ion. 4, 6. Gen. 1, 7. Itaque in verbis *וְהָיָה* et *וְהָיָה* latet significatio quaedam prophetica, scilicet haec: fore, ut non solum Iudaei olim fata Idumaeorum ipsi intueantur, sed etiam eorum fines occupent, adeo ut Iudaeorum fines hoc modo amplificentur. Hoc euenit sub Hyrcano pontifice maximo teste IOSEPHO Antt. XIII, 9. pag. 584. ed. Hudf. vbi *Υρκανός*, inquit, *καὶ τῆς Ἰδουμαίας αἰρεῖ πόλεις Ἀδώρα καὶ Μάρισσαν καὶ ἅπαντας τὰς Ἰδουμαίας ὑποχειρίους ποιησάμενος, ἐπέτρεψεν αὐτοῖς μένειν ἐν τῇ χώρᾳ, εἰ περιτέμνουν τε τὰ αἰδοῖα καὶ τοῖς Ἰουδαίοις νόμοις χρῆσθαι θέλοιν*. — Denique notetur *לְגוֹרֵי* poni more Ebraeorum pro pronomine adeo ut *לְגוֹרֵי יִשְׂרָאֵל* sit i. q. *גְּבוּלֵכֶם*. — Versiones vett. sequuntur ebr. Alex. *ἐμεγαλύνθη Κύριος ὑπεράνω τῶν ὀρίων τῆς Ἰσραήλ*, sed Vulg. optatiue: *magnificetur*, rectius, quamuis HONVIG. velit: *magnificatus est*, quia, ut inepte addit, gratiae aguntur de re praeterita. Sed τὸ *מֵעַל* nullus veterum interpretum exprefit praeter Ionath. qui: *multiplicetur gloria dei, qui dilatavit fines Israelitarum*.

V. 6. *בן יכבד אב ועבר ארנו*] Haftenus ostenderit Deus: Plurima et summa esse sua aduersus Iudaeos ingratos beneficia. Iam ut ingratitude eorum hominum, quanta sit, demonstret, duo inprimis reprehendit. Primum: sacerdotum, v. 7. vsque v. 9.
Cap.

magistratui suo honorem reuerentiamque debere constet, atque vos non solum gentis
 vestrae

Cap. 2. deinde: populi impietatem Cap. 2, 10 - 15. Videamus de verbis. Primum כבד simplicissime valet *grauis* fuit. Deinde is, qui vel dignitate vel opibus pollet, dicitur: *grauis esse, honoratus, reuerendus*. Denique ad animum refertur et saepe adeo cum לב legitur, vbi *grauem esse animo*, notat, *morosum, tristem esse, indignari, irasci*. Vnde obseruationem in multis locis obscurioribus proficuum duces, scilicet כבוד olim dictum esse primum de ipso *animo*, deinde de *hepate*, quia morositatis hypochondriacae causalis nexus est in hepate. Certe, Syris ܕܒܕܐ est *irasci, indignari* et ܕܒܐܐ *hepar* nec non ܕܒܐܐܐ *hepaticus, iratus*. Et Arabes dicunt كبد *in hepate laesit*; vnde كبد *iecur, hepar, cor, viscera, latus, trop. interiora, centrum*. Sic et Aethiop. ስላላ *grauē esse*, et ስላላ *iecur* — In Piel valet *grauem reddere trop. honorem habere, colere, reuereri*. — Iam futura apud Ebraeos, vt יגדל v. praecedente, pro Coniunctiuo praesentis ponuntur, adeoque saepe per *debere, posse, velle*, exprimenda sunt. Sic h. l. *honorare debet*. Eandem vim praesentium habent futura in N. T. vt Eph. 6, 3. — אב pater, apud orientales aequae ac apud graecos et latinos pro *audtore gentis*, et vniuersum pro *audtore* ponitur. Hinc in V. T. de Deo rarius dicitur. Nam *Spiritualis* illa πατὴρὸς notio quae N. T. propria est, ibi locum non habet. Tenerum illud nomen, cum correlata filii notione fidelibus in ore fait, ex quo tempore Christus incarnatus, fratrem eorum se appellare voluit. Iudaei Deum et speciatim Messiam (Es. IX, 5) *patrem* appellabant

vestrae auctorem atque patronum me agnoscat, sed etiam magistratum omnium loco
me

labant, quia autorem gentis suae et ducem et patronum suum eum habebant, i. e. propter creationem et providentiam. Christiani vero Christum fratrem Deumque patrem appellant, propter factam in assumpta humana natura redemptionem. — Alex. *ὁ δὲ δόξαζει πατέρα. Οἱ λοιποὶ*, vt Montefalc. e Barberino notat: *φοβηθήσεαι*, recte: nam et *φοβεῖσθαι* apud veteres interpretes graecos vniuerse est: *colere, reuereri*. Syrus et Arabs addunt suffixum: *patrem suum*: quod tamen a Chald. recte abest. — De עבר operae pretium erit monere tirones, ne inhaereant notioni *serui*, in sensu latino et ordinario. Nam עבר vt arab *عَبَد* est *colere, deditum esse*. Vnde עבדים, vt *παῖδες* apud graecos interpretes et in N. T. sunt ii, quibus quis vtitur in exequendis consiliis. Hoc loco ארן, cuius significatus latissime patet, *principem* et עבר *subditum* vocarem. Deus enim non habet seruos. Naturae intelligentes non alio sensu dicuntur עברי יהוה, quam quia *honorem Deo cultumque praestare debent, praeceptis eius obtemperando*. Alex. καὶ δῶλος τὸν κύριον αὐτῶ; Vaticanus: *εαυτῶ* male. Nam solent Alex. in tali casu αὐτῶ pro αὐτῶ ponere, qualia ebraismi exempla etiam in N. T. leguntur. Chaldaeus sic circumscribit: *Ecce de filio edictum est vt honoret patrem, et de seruo vt reueretur conspectum heri sui*. Haec, quamuis sit mera paraphrasis, tamen me mouet, vt suspicer, lectum olim esse יהוה ארן nimirum vt verbum adsit, ad quod referatur, illud איה כבורי, sicut ad יכבר refertur איה מוראי. Sed miror interpretes omnes neglexisse Suffixum pluralis numeri יי. Iam enim paulo diuersior sensus oritur. Nam ארנים sunt aut multi domini, aut collegium

B

ex

me habeatis, cur quam debetis reuerentiam et cultum mihi denegatis? ait Ioua dominus
vniuer-

ex multis constans e. g. *Senatus, Synedrium*. Sic e. g. ad ciuem (non quidem Romanum) sed forte Lipsiensem diceres haec: עבר יירא את-אדניו *Ein Unterthan ist seiner Obrigkeit Treue und Gehorsam schuldig*. Caeterum quae supra de עבר diximus, nolumus ita intelligi, ac si vsus ille vocabuli esset vnicus et etymologicus. Nam si in originem vocis velis curiosius inquirere, fatendum erit עבר primitus de iis dictum esse *qui rura colunt*. Nam עבר vt κοπιᾶν in N. T. valet proprie: *operarium agere, Handarbeit thun*. —

וּאִם-אֵב אֲנִי אִיהָ כְבוֹדִי וְאִם אֲדוֹנִים אֲנִי אִיהָ
[מוֹרְאֵי אֲמַר יְהוָה צְבָאוֹת] Si qui velit ex אֲדוֹנִים pro-
bare pluralitatem personarum, ei fatendum esset, se
nunquam libros Ebraeorum legisse. Nam primum
אֲדוֹנִים ponitur in respectu ad אֲדוֹנָיו de quo antea di-
xi. Deinde אֲנִי dicitur, non אֲנַחְנוּ, quod tamen poni
debuisset, si pluralis ad Deum pertineret. Sed Deus
tantum dicere vult: se cum Iudaeis esse in eadem rela-
tione, in qua sunt subditi erga magistratus: *Bin ich
vun eure Obrigkeit?* ita, vt pluralis ponatur ideo, quia
Deus erat אֲדוֹנִים, i. e. magistratum omnium instar. —
Non minus lubrica videntur esse argumenta quae e voc.
אֱלֹהִים ducuntur. Longe aptiora sunt ea, quae Ver-
bis pluralibus et Substantiuis cum Suffixis pluralibus ni-
tuntur. Ex eiusmodi certe locis non video, quomo-
do se possint expedire Antitrinitariorum fautores. —
Caeterum מוֹרְאֵי et כְבוֹדִי Ebraeorum more dici, pro
מורא אתי et כבוד אתי, notissimum est. Versiones
h. l. fere consentiunt. HOVBIG. vult legi אֲדוֹנִים
dominus vester et mendum esse אֲדוֹנִים ait, quia prae-
cedit

vniuersi; -- quae adeo ad vos pertinent Sacerdotes! qui me omnino negligere, neque, quod maximum

cedit אני, quod quantum ponderis habeat ex ante dictis patebit.

[לכם הכהנים ברוי שמי] Incertum est, vtrum verba ' לכם רגו' ad אמר sint referenda, an singulatim considerata, adeo vt ל fit exclamantis et appellantis: *Heus Sacerdotes! ad vos haec pertinent.* Sensus quidem non valde immutabitur, quicquid eligas; attamen vtraque sententia habet suam auctoritatem. Nam Alex. ὑμεῖς οἱ ἱερεῖς. Breitinger. editio eiiciendum quidem τὸ ὑμεῖς et ὑμῶν substituendum docet, verum lectionem ὑμεῖς antiquissimam esse apparet e Syriaca versione quae sic: כֹּהֲנֵי דַבְּרָה nec non Arab.

وَأَنْتُمْ أَيُّهَا الْكَاهِنَاتُ — Chald. vero cum Vulg. ad אמר retulerunt. — כהנים h. l. sunt *sacerdotes*. Sed proprie כהן *ministerium* notat, qui aliena negotia gerit, quae antiquissima notio restat 2 Sam. 8, 18. Dictum autem praecipue est de iis, qui *deorum nomine cum hominibus agere ad eosque deorum sententias referre* credebantur i. e. *vates*. Hinc כהן notauit *vaticinari, oracula diuinitus proferre*: qui significatus in lingua arab. superest, vbi كَاهِنٌ non solum valet vniuersim, *ministravit*, sed etiam *praedixit, hariolatus est, scientiam diuinandi exercuit*: Et quoniam haec ars erat penes sacerdotes, كَاهِنٌ etiam, vt כהן, *sacerdotem esse* coepit significare, vnde et eadem de causa sacerdotes a Graecis προφῆται dicti sunt. Notum autem est eiusmodi homines in magna quondam dignitate fuisse, adeo vt etiam principes eorum amicitiam quaerere populi causa necesse haberent, quae res effecit, vt muneribus vndique obruerentur. Hinc factum esse puto, vt כהן significaret, *venerabilem, opulentum, di-*

maximum est, culpam vestram agnoscere velle videmini. 7. Cum tamen ad altare meum

ritem esse. Certe apud Syros כְּסִימָנִים est affluen-
tia, prosperitas, magnificentia, et כֹּסֵם beatum esse.
— Dicuntur autem h. l. sacerdotes שֵׁם יְהוָה i. e.
qui Deum eiusque cultum negligunt. Nam שֵׁם יְהוָה
vel virtutes Dei notat (vbi contextus vel ad eas omnes,
vel ad quasdam earum, lectorem iubet respicere) vel
ipsum Deum eiusque cultum vt h. l. — בֹּוֹת est ἐξ-
θευεῖν (vt Aquila reddit infra,) ἐξευτελίζειν et κα-
ταφρονεῖν (vt Symmachus aliquoties) negligere, vi-
lipendere. Alex. h. l. φαυλιζοντες τὸ ὄνομά μου,
quod Arab. bene expressit بَسِيسُونَ. Sed Syrus male
كَبَرُوا diripitis, ac si esset a כָּבַד diripere, spoliare;
nisi diceres, apud Syros vtramque notionem et diripien-
di et vilipendendi in vsu fuisse. Certe ex analogia lin-
guae Sam. hoc probabile fit. Nam אָבַד est contem-
tus et אָבַדַּת praeda.

Interrogationem] והאמרתם במה בוינו את-שמך iterum sic inuerte. Dicitis? nullo modo te vilipendi-
mus: i. e. et hanc adeo vestram turpitudinem recusatis
agnoscere? studetis aut negare aut extenuare culpam?
— Tò ו est: et praeterea, et quod maximum est —
Tò בוינו Aqu. reddit: ἐξευθευόντες.

V. 7. מגישים על-מובחיו לחם מגאל] Responde-
tur ad quaestionem: במה בוינו את-שמך? Scilicet in
eo erat sacerdotum culpa, quod cultum Leuiticum non
eo, quo par erat, modo instruerent. Pertinebant ad
hunc cultum imprimis sacrificia atque oblationes. Deus
primum

meum afferre sustineatis ferta et liba illegitime confecta. Vnde non video quomodo
 VOS

primum *ferata et liba* indies offerenda ordinauerat ita, vt mane et vesperi agnus maclaretur, et cuilibet agno, eum similiae et olei portio, quae מנחם appellabatur, tum vini, quae נסך dicebatur, adderetur. Haec ferta cum libis saepe vno vocabulo מנחם vt I Reg. 8, 64. saepe חלה dicuntur, vt h. l. Nam חלה vniuersim *cibum et victum* notat vt ἄρτος in N. T. vide Vorst.

Phil. S. II. p. 256. f. Apud Arabes ^{لحم} de *carnibus* dicitur. Hinc חלה etiam Num. 28, 24. pro eo ponitur, quod Exod. 29, 41. מנחם vocatur. Nam omne quod Deo offertur, siue panis fit, siue victima, dicitur *panis Dei* Leu. 3, 11. 21, 8. Num. 28, 22. Quare Iona- than h. l. recte נֶחֱמֵך reddit. Alex. non bene ἄρτος: forte inuenit imperitior librarius ἄρτου ἡλισγημένου negligentius pro ἄρτον ἡλισγημένον scriptum, et quia vitium non e textu, sed ex ingenio emendare instituebat, s addidit, vt sensus aptus existeret. Nam non video cur Alexandrini ἄρτος reddiderint, nisi eos legisse dicas מנחם quod tamen vero non tam simile est, quam prius quod dixi. Certe extitisse olim lectionem ἄρτον ἡλ. ostendit Vulgatus interpres, qui habet *panem pollutum*. Etiam Syrus singularem habet. At Arabs exemplum vitiosum secutus est. — Itaque לנחם חלה h. l. erunt *ferata non legitime confecta, vel non suo tempore et recte atque ordine oblata*. Nam eiusmodi ferta Deus *reiicit*. Aqu. et Sym. μεμολυσμένους: Sed Iona- than קרחן קרבן oblationem *reiiciendam, abominabilem re- ctius*: nam לנחם in Piel est pr. *remouere, reiicere* conf. Esra 2, 62. Neh. 7, 64. vbi verba מן הכהנים לנחם manifeste valent: *reiecti sunt e numero sacerdotum*.

B 3

Etiam

tis? Nam soletis id semper in ore habere:
Altare

fiderat, neque autoritatis absentia lectionem vulg. suspectam reddit. Nam Vulg. et Syr. nostram tuentur, quod adeo efficit, ut vix dubitem, lectionem αὐτὸς in Alex. esse proscribendam, praesertim cum supra docuerimus ἀετὸς vitiosum esse, ad quod tamen librarius referre voluit suum αὐτὸς, quod h. l. habetur.

באמרום שלחן יהוה נבואה הוא] Ostendit, quae ratione Sacerdotes Deum ipsum contempnant, scilicet, quia veluti proverbio haberent aram Iouae, dictitando: *Hei! Aram Iouae! Hei! rem nauci!* Nam נבואה נאִוִּי est: *aliquid vilipendere, pro re nauci habere*, pariter ac latini *laudatus* dicunt, pro *laudibilis* vel *laudandus*, sic more Ebr. *contemptus* dicitur pro *contemnendus*. Quam VATABLI sententiam GROTHI merito praeferrimus, propter nexum orationis. — אֲרָם aram h. l. notare extra dubium est. Utitur autem hoc vocabulo noster ideo, quia ante ferta et liba vocarat אֲרָם. — Alex. ἐν τὸ λέγειν ὑμᾶς, τράπεζα Κυρίου ἡλισγημένη ἐστὶ, καὶ τὰ ἐπιβιθέμενα βρώματα ἐξεδενωμένα. Vatic. ἐξεδενώσατε. Notetur: a) lectionem ἡλισγημένη ἐστὶ quam ed. Breiting. e cod. Alex. exhibet, genuinam esse, quia Arabs Alexandrinorum sequacissimus eam tuetur: qui sic: *Cibi impositi sunt contemptibiles*. b) Ipsa illa verba: καὶ τὰ κ. λ. sunt glossa. Nam Vulg. et Syrus ea non habent: Arabs sequi solet vitium recentius. c) Denique ἡλισγημένη reddendum est, ut supra cum VATABLO diximus, *vilis*, nam et Arabs sic intellexit: qui حَقِيرٌ^{5,0} habet. Etiam Syrus adiectiuo non participio utitur.

Altare Iouae res nauci est! 8) Ideo religioni vobis non ducitis, admittere pecora coeca

V. 8. [וכי-תגישון עור לזבח] His verbis continetur id, quod efficiebat ille contemptus cultus diuini. Nam MALACHIAE aetate religio Messiae adeo deficere videbatur, vt etiam Sacerdotum plerique cultum leuiticum consuetudinis et lucri causa administrarent, neglecta illa rerum spiritualium significatione, cuius erat causa institutus. Quare istas oblationes aliaque templi negotia pro re ludicra, pro nudis ceremoniis nulliusque momenti rebus, habebant, ideoque nec religioni sibi ducebant, pecora admittere ad sacrificandum minus idonea. Atque hoc est quod significatur verbis 'וכי וגו'. Itaque הגיש עור est *admittere pecora minus idonea*. Nam pecora (collectiue!) *coeca* et quod sequitur, *clauda* et ἀρρωστον *morbida* legibus non licebat offerre Deo, conf. Leu. 22, 22. Deut. 15, 21. Pro לזבח Syrus, qui לזבח־גוֹלֵלִים habet, videtur legisse לזבח־גוֹלֵלִים aut sensum secutus esse.

[אין רע וכי תגישו פסח וחלה אין רע] Versiones vett. τὸ εἶναι רע reddunt interrogatiue *nomine malum est?* Nescio an grammatice id fas sit. Nam ה interrogatiuum omitti quidem scio, sed dubio an חלה, quod tamen h. l. subintelligi deberet, quamuis id multi interpretes non viderunt. Sed אין רע non interrogat. Redde: *pro re illegitima, impia non habetis, religioni vobis non ducitis*. Nam רע est quoduis *malum* vel *physicum* vel *morale*. Sensus: *Admittitis pecora illegitima, ita, vt ne male quidem vos egisse numenque Dei violasse putetis*. Alex. Διότι, εἰάν προσαγάγετε τυφλὸν εἰς θυσίαν, ἔ κακόν; καὶ εἰάν προσαγάγετε χωλὸν ἢ ἀρρωστον, ἔ κακόν; Eleganter τὸ εἶναι in priori וכי reddunt: διότι

coeca, clauda, aut morbida. Quod si eiusmodi munera principi tuo tradere velles, num putas

διότι, et ו, in וְהָלָה, הָ, quod fieri oportet quando nomen generis praecedit nomen formae, (הָלָה autem est nomen generis) aut quando formae nomen cum forma coniungitur.

Permutatio eiusmodi numerorum in omnibus linguis frequens est. הקריב dicuntur ii, qui munera regibus *tradunt* Iud. 3, 18. qui *tradituri sunt* השיא dicuntur. Sic et Arab. قرب in C. II. de *oblatione* munerum et victimarum adhibetur. Hinc Syrus v. i. כִּי־בֵּי־הֵיכָלֵךְ habet, et Arabs قَدِّم, quod est *coram stitit, praebuit* — נָא exprimit h. l. germ. *Wage es einmal* — פָּחָה est ἀρχων, ἡγούμενος. Nam Chald. habet שְׁלִטוֹן, quod *principem, praefectum, dominum* notat; et Arabs مَقْدِم, *princeps*. Hinc Sorobabel ab Haggaeo פָּחָה יְהוֹרָה appellatur. Et οἱ Γ. Ier. 51, 57. ἀρχοντες habent. Alexandrini etiam aliquoties σατραπην reddunt. Neque dubito ΜΑΙΥΜ recte, a *ἄρ᾽* *velle*, deriuare, adeo vt פָּחָה sit pr. is, cuius voluntati parendum est — Caeterum Suff. הֵרֵה h. l. noli *illud* reddere, ac si ad עָרַר et הָלָה pertineret, sed *tale, eiusmodi*. Sic לֵב זָה Deut. 5, 26. est *animus talis* pro לֵב כֹּזֵב. Sic ἕτος 2 Io. v. 7. pro τοῖστος ponitur.

Est pro הֵרֵה; ut מי יִגְרָה David alicubi dicit pro מי יִגְרָר עִמָּךְ — רָצוֹת est εὐδοκείν, θέλει, προσδέχασθαι *probare, delectari*. Alex. εἰ προσδέξεται σε, male Cod. Alex. αὐτό, quod vitium

putas eum te probaturum aut beniuole excepturum esse? — ait Ioua dominus vniuersi.

recentius iterum sequitur Arabs. Minime Syrus. Vulgatus vero qui, *si placuerit ei*, aut sensum secutus est, aut omnino αὐτῶ legit. Caeterum hinc explicari posse arbitror verba Lucae (15, 2.) vbi Christus a Pharisaeis dicitur προσδέχεσθαι ἀμαρτολῶς h. e. probare homines impios, et eorum consuetudine celebrari.

שׁוּ פָּנָיו [אִי הוּשָׁא פָּנָיו אִמְרֵי יְהוָה צְבָאוֹת] Ebraeis est: *libere, intrepide aliquem intueri*, et confidentiam notat, vt Iob. 11, 15. Sed שׁוּ פָּנָיו מִלְּנִי *tollere facies alterius*, triplicem habet significatum. Notat 1) *reuereri* Deut. 28, 25. vbi פָּנָיו מִלְּנִי eodem sensu dicitur vt ἐντρ. Matth. 21, 37. Hinc Aqu. et Theod. h. l. reddunt: *δυσωπειθήσεται*. Hinc Sym. 1 Sam. 25, 35. τιμῶν habet, alibi *δυσωπειῖσθαι* et ἐντρέπεσθαι, vnde מִשְׁוֹ פָּנָיו est is, quem alii reuerentur, *vir honoratus, vir grauis* aetate et dignitate. — 2) *Beniuole excipere* deprecantem vel munera ferentem conf. 1 Sam. 25, 35. Gen. 19, 21. Alex. h. l. εὖ λήψεται πρόσωπόν σου: *beniuole te excepturus sit*. — 3) *Fauere ex partium* aut *lucris studio*, vt 2 Chron. 19, 7. מִשְׁוֹ פָּנָיו, προσωποληψία, qui significatus in N. T. frequens.

V. 9. חֲלֹה פָּנָיו אֵל [וְעַתָּה חֲלֹה נָא פָּנָיו אֵל] est *deprecari Deum, preces pro auertendis suppliciis fundere*. Sic Ier. 26, 19. וַיַּחַל אֶת-פָּנָיו יְהוָה וַיִּנַּחֵם יְהוָה אֵל-יְהוָה i. e. *Hiskias, cum supplex gratiam Dei imploreret, obtinuit vt poenae nunciatae auerterentur*. Nam חֲלֹה est pr. *infirmum, languidum, mollem esse*. Opponitur *duro et robusto*. In Piel est *talem efficere vel esse sinere*. Iam פָּנָיו Ebraei dicunt vbi Latini *frons*. Sic *frons dura et aenea* est ebr. קֶשֶׁה פָּנָיו. Ez. 2, 4. vnde Ier.

uersi. — 9. Et iam, agite, precibus vestris Deum nobis propitium reddere studete:
num

Ier. 5, 3. חוק פניו est *inexorabilem esse, nolle sententiam mutare*, quod explicatur ibidem verbis, נאנו לשוב. Ex quo usu loquendi facile intelligitur, cur *facies alicuius molles facere* idem sit ac *flectere, precibus alicquem adigere eo ut iram ponat*. Alex. καὶ νῦν ἐξιλάσθε τὸ πρόσωπον τοῦ Θεοῦ ὑμῶν. Ὑμῶν Glossa est, quae recenter in textum irrepsit. Arabs eam sequitur. Minime Vulg. et Syrus. Neque Chaldaeus a vulg. lectione recedit. Caeterum haec verba per Ironiam accipienda sunt, ac si Malachias diceret: *Iam itaque, cum tanta sint vestra, o Sacerdotes, flagitia, iam agite, et precibus vestris mala, si quando reipublicae immineant, auertere conamini. Num putatis, Deum eas preces esse exauditurum?*

[ויהחננו Suff. נו. pertinet ad Malachiam et populum. חנן est *propitium esse, reconciliari*; Alex. καὶ δεήθητε αὐτῶν, ac si esset לו יהתחננו. Nam solent ubique uti hoc vocabulo, ubi est התחנן. Ego vero et hoc loco affirmare ausim, Alexandrinos, ἵνα ἐλεήσῃ ἡμῶν antiquius habuisse, sed alium, qui inuenerat in margine codicis cuiusdam verba: καὶ δεήθητε αὐτῶν, quae quis, (deprehensa lectione in codice suo obuia, לו יהתחננו,) adscripserat, ea in textum intulisse tanquam suo textui conuenientiora. Arabs enim sequitur lectionem recentiore, Vulg. et Syrus antiquiorem. HONVBIG. legi vult, ויחנן, *ut placabilis fiat*. Dicit, verba ויהחננו בידכם, *et misereatur nostri, de manu vestra*: non habere seriem et nexum. Videtur dormitasse cum haec scriberet.

[מירכם היתה זאת] Primum quidem foeminino neutrum Ebraeis exprimitur et hoc loco et multis aliis
vt:

num putatis, Deum, cum haec ita sint, vos esse exauditurum? — ait Ioua dominus vniuersi.

vt: Ier. 9, 11. Matth. 21, 42. Hinc Alex. ἐν χειρὶν (sic ἐν χ. pro διὰ χειρὸς, et hoc, pro διὰ Gal. 3, 19.) ὑμῶν γέγονε ταῦτα. Deinde היתה coniuunctiue accipiendum est sic: a vobis factum *fit* hoc, vel, fieri *pergat*: i. e. *posito, hoc a vobis fieri*. Iam haec verba velut in Parenthesi accipienda sunt, tanquam conditio verborum sequentium. Sic Polygl. Angl. exhibent verba Vulg. in Parenthesi. Neque credo Alex. et Syr. aliter legisse, cum מ in מירכם quoad sensum h. l. omnino idem sit quod ב. Sed tamen HOUBIG. legi vult כי בירכם, quia alias sensum non haberet locus: redditque: *quoniam illud in manu vestra est s. esse videtur*. Quid sibi velit bonus Pater, et quomodo ad auctoritatem Syri et Al: prouocare possit, qui, si omnia concederem, כי non legerunt, equidem non video.

[הישא מכם פנים אמר יהוה צבאות] Quid sit פנים vide supra v. 8. De מכם dissentiunt interpretes. Vera vidisse ii mihi videntur, qui aut מכם פנים, dicunt, poni pro פניכם, aut subintelligi debere תיס, vt Sensus sit: *Num Deus vos beniuole excipiet? num exaudiet preces VNIVS vestrum? Veremur, vt Deus, etiam rogatus, nobis per vos placetur*, Alex. εἰ (vt εἰ Luc. 6, 7. Act. 1, 8.) λήψομαι ἐξ ὑμῶν πρόσωπα ὑμῶν. — Illud ἐξ ὑμῶν valde suspectum est. Imperitus interpres, cum videret verba εἰ λήψομαι πρόσωπα ὑμῶν, ebr. מכם omissum esse putabat, adeoque in margine adscribebat ἐξ ὑμῶν; librarius deinde aliquis in textum intulit. Vitium sequitur Arabs. Lectionem sanam Vulg. et Syrus tuentur, consentiente Chaldaeo.

V. 10.

uerfi. 10. Itaque prohibebimini olim a templo, ne porro ministerio altaris tam frustra

V. 10. מִי גַם בְּכֶם וּסְגַר דְּלִתִּים וְלֹא-תֹאִירוּ] Duae sunt interpretum sententiae. Prima, quam ex recentioribus VATABLVS, DRVSIVS et LVD. DEVS tuentur, haec est, ac si Deus iuberet Sacerdotes templum claudere, ne amplius ipsi victimae tales offerrentur. Altera GROTII est, qui locum ita intelligit, vt Deus per prophetam demonstrare dicatur, magnitudinem auaritiae sacerdotum, quod nec minimus eorum quicquid faceret gratis. Sed priorem difficulter admittit contextus. Durum enim est dictu, Deum ex ipsis sacerdotibus, in quos tam graues sententias pronunciarat, velle aliquos excitare, qui valuis templi clausis, prohiberent ferta illegitima. Deinde, cum sit תֹּאִירוּ, sacerdotes sibi ipsi valuas praeccludere iuberentur. Alteram res ipsa tollere videtur. Nam prospectum erat non solum Sacerdotibus, sed et Popis et Ianitoribus, vt abunde haberent mercedem operae. Quomodo ergo non torquenda esset sententia, si is sensus verborum esset: *Sacerdotes non GRATIS accendunt victimas.* Deinde vbi interrogatio sine negatione praecedit, et ו sequitur cum negatione, vtraque propositio ad eandem rem pertinere non potest per leges linguae. Itaque חֲנֹם in tali constructione ad vtrumque membrum non referri potest. Quid ergo? Dicam breuiter. Ipsa lectio olim et in antiquissimis iam codicibus manifeste variauit, primum in textu ebraico, deinde eam ob causam etiam in exemplaribus Alex. vnde mire discrepant Versiones. Chaldaeus nostram fere tuetur: מִן אֵף הַכָּה בְּכֹן וּגִיף דְּשֵׁי בֵּית מִקְרָשֵׁי וְלֹא תִקְרְבוּ עַל מִדְּבַחֵי קִרְבָּן מִרְחָק. *Quis etiam hic vestrum est, qui claudat valuas templi mei: et non accenditis super altari*
meo

frustra fungamini. Nam ego vos fastidio.
Nec

meo oblationem execrabilem. Syrus: *quis vestrum, qui claudat ostium meum. Non offeretis super altare meum gratuitum.* Legit **מִי בְכֶם** fine **גַּם**: Deinde **רָלְתִי**: Porro **אֵל** pro **אֵלֶיךָ**: denique vel, pro **תְּאִירֵנוּ**, **תְּבִיאוּ** aut tale quoddam; vel, quod magis placet, sensum in hoc verbo secutus est. Vulg. *Quis est in vobis, qui claudat ostia et incendat altare meum gratuito.* Legit **וְתִאִיר**. Arabs: *Propterea in vobis (propter vos) claudentur portae. Et non offeretis super altare meum gratuitum.* Sequitur autem lectionem Alex. qui sic: **Διότι καὶ ἐν ὑμῖν συγκλειθήσονται θύραι, καὶ ἐκ ἀνάψεται τὸ θυσιάζηριόν μου δωρεάν.** Cui hic non statim ipsi succurrit quod dicturus sum: nimirum Lectionem, quae hodie est in libris Alex., optimam esse. Legerunt autem **כִּי** pro **מִי** et **יִסְגֹּר** fine **וְ**, vt sensus sit comminatorius: *Propterea vobis occludetur templum, et non amplius accendetur (victima) in altari meo frustra, siue vt Arabs, sensum melius secutus: non offeretis. — i. e. eiiciemini e templo. Ministerium vestrum, Deo ita regente, desinet.* Et eheu! quae explicatio huic et sequenti commati et toti orationi conuenientior esse potest quam haec? — Cur vero Vulg. et Syrus adeo discrepant? Quia vel corruptum erat versionis Alexandrinae exemplum, quo utebantur, vel quia in Ebraico textu, quem consuluerunt forte propter manifestam exempli sui graeci corruptionem, non minus malam lectionem vterque deprehenderunt, quam secuti sunt. — Caeterum **יִסְגֹּר** reddi debere et posse *claudetur*, (quali: *Man wird zuschliessen*, vt Ier. 7, 21. *non extinguet*, pro *nemo extinguet* vel *non extinguetur*, vide supra **קָרָא** v. 4.) nemini nisi imperito linguae ignotum esse potest. Innumera eius rei extant exempla. Porro **רָלְתִי** esse h. l. *valvas templi,*

Nec placent mihi sacrificia vestra. II. Instat
vero

templi, docente id Chaldaeo; deinde ב in בכם esse propter, et efficere, vt בכם reddi debeat per Datium incommodi; denique האיר מובה esse, accendere vel ferta vel victimas, et vniuersim, fungi munere sacerdotali in templo, nolumus multis demonstrare. Quae de verbis מי et ויסגר diximus HOVBIG. etiam vidit, legendumque putat כי et י delendum. Modo in hoc decipitur, quod haec ad principem pertinere statuat, de quo versu praec. sermo erat, et qui fores talia offerenti occludere diceretur. Nam sequentia repugnant.

אין-לי חפץ בכם אמר יהוה צבאות] רפח respondit graeco θέλειν. Hinc ex ebraismo θέλειν ἐν τινί est, amare, probare aliquem, & θέλειν vero est i. q. ονομ. reprobare, reiicere, fastidire. Idem in N. T. apprehendes: conf. Matth. 27, 43. Hebr. 10, 6. vbi θέλειν v. 8. per εὐδοκῆιν explicatur, quo infra 2, 17. Alex. reddunt τὸ רפח. Hinc θέλημα de beniuolentia et amore dici coepit. Alex. ἔκ ἑσῶμε (lege μοι cum Vulg.) θέλημα ἐν ὑμῖν. Nolo tales habere sacerdotes. Eiiciam vos e templo. — Syrus sensum secutus: non delector ego in vobis, vti infra 3, 1.

ומנחה לא-ארצה מידכם] מנחה valet δῶρον quod hominibus Gen. 32, 13. regibus 1 Sam. 10, 27. Deo offertur, Gen. 4, 3. Etiam arab. حية notat donare et مومن munus. Sed dicitur מנחה etiam vniuersim de sacrificiis, vt δῶρον in N. T. Vnde Alex. h. l. θυσίαν et Arabs مذبذب. Hoc loco intellige ferta et victimas. — רצות est, vt supra docui, gratum habere, cum

vero tempus, quo in toto terrarum orbe, inter-
que adeo Barbaros, celebrabor, quo castus
et

cum *favore excipere*; et מירכם ad ארצה refer. Nam
poetae (quorum stylo prophetarum sermo omnino af-
finis est) amant eiusmodi constructiones, vt apud Ie-
saïam aliquando legitur in precibus Hiskiae: *amasti ani-
mam meam ex fouea, i. e. me ita amasti, vt e fouea me
liberares.* Sic h. l. *gratum habebō a manibus vestris, i.
e. probabo et sumam a manibus vestris.* Supponitur
semper ellypsis, quae quam frequens fit in tali casu, vel
Glassius te poterit docere. Alex. καὶ θυσίαν ἔπροσδέ-
ξομαι ἐκ τῶν χειρῶν ὑμῶν. Nam Alexandrini, vbi in
Ebr. est תצת, perpetuo vtuntur vocabulis δέχομαι,
προσδέχομαι, εὐδοκέω, semel θέλω et ἀγαπάω, vide
v. 8. Hinc Vulg. et *munus non suscipiam de manu ve-
stra.* Aut δῶρον legit, quod aliquis ad marg. scripserat,
aut de industria ebraeum secutus est. Videntur enim
earum versionum autores, qui Alexandrinos secuti esse
dicuntur, exemplum ebraeum ad manus habuisse, et
vbi haerent, vel saepe etiam sine causa, illud inspe-
xisse. Hinc nonnullae illae discrepantiae, quae omni-
no non tollunt istam virorum doctissimorum senten-
tiam de eo, quod secuti sint Alexandrinos. Quare acu-
ti iudicii est videre, vbi Alexandrina versio ex illis in-
terpretibus emendari possit, vbi minus.

V. II. כי ממורה - שמש ועד - מבוואו גרול שימי
] Obiici poterat, si nostrae oblationes tibi gratae
non sunt, nullas habebis. Respondet Deus, aliud se
cogitare, vt scilicet ab omnibus gentibus colatur, non
operose, sed mundo animo. Hoc est consilium, quod
per Christum eiusque legatos plene executus est Deus.
Haec GROTIUS. Itaque nemo non intelligit שם יהוה
h. l.

et sanctus vbique cultus instituetur; quo in magno honore ero, ait Ioua dominus vniuersi.

h. l. indigitare *veram religionem i. e. Messiae*. Haec enim notio apud prophetas et Esaiam imprimis frequentissima est. Vbi e. g. *nomen Iouae gentibus notum fore, aut habitaturum inter eos esse*, dicitur, ibi nihil aliud indicatur, quam hoc, fore, vt barbari etiam religionem Messiae amplectantur. Inque eiusmodi dictionibus יהוה ipsum saepe Messiam significat. Locus primus et fere classicus in hoc genere extat Gen. 4, 26. יהוה קרא בשם יהוה, *eo tempore coepta est religio palam praedicari et doceri*. Sic קרא בשם יהוה vniuerse est *profiteri Deum, additum esse religioni verae i. e. Messiae*. Hinc phrasis שכן שם יהוה במקום הזה (conf. Ier. 7, 12. aliaque eiusmodi loca) indicat, *in eo loco cultum Dei publicum instructum esse, aut vniuersim: ibi esse exercitium verae religionis* — שם גורל h. l. fere opponitur שם נבזה v. 6. Est autem שם נבזה, cum Deo dantur victimae non egregiae, nec ferta legitima. Igitur שם גורל est, *cum Deo dantur ferta legitima, vel, cum Deus colitur caste et sancte*. — מבורא dicitur *occidens a ברא intrare, quia sol poetis dicebatur, intrare in cubile suum, Ps. 19, 6*. — Dictio ממורה שמש valet, *in toto terrarum orbe, ubique*. — Denique גוים esse stylo Scripturae gentes praeter Iudaeos omnes, Barbaros, qui a Scriptoribus N. T. ἔθνη dicuntur, quem fugit? — Alex. Διότι ἀπὸ ἀνατολῶν ἡλίου ἕως (vatic. καὶ ἕως) δυσμῶν τὸ ὄνομά μου δεδόξαται ἐν τοῖς ἔθνεσι. Vulg. *ab ortu enim* etc. Arabs: δεδόξαται bene ^{1 2 1 1} ^{1 1 1} C. V, a. ^{1 1 1} ^{1 1 1} quod fere refert gr. μέγεθος.

C

ובכל

uerfi. 12. Nam vos nomen meum (magnum)

ובכל מקום מקטר מגש לשמי ומנחה טהורה
 Chaldaeus [כי-גרול שמי בגוים אמר יהוה צבאות
 egregie explicat paraphrasi hac: *quocumque tempore vos
 executuri estis voluntatem meam; ego recipiam preces ve-
 stras: et nomen meum magnum sanctificabitur per manus
 vestras: et oratio vestra sicut oblatio munda coram me
 etc. — מקטר sunt odores. — לשמי redde mihi, vel
 in honorem meum. — מנחה טהורה*

τῆ
 v. 7. — Sed notant haec omnia *cultum Dei
 castum et sanctum.* conf. 1 Petr. 2, 5. Rom. 12, 1. Hebr.
 13, 15, 16.

V. 12. [ואתם מחללים אותי] Alex. Ὑμεῖς δὲ βεβη-
 λᾶτε αὐτό. Suff. refer ad שמי v. 11. — Vox חלל
 latissime patet apud Orientales. Origo eius est in no-
 tione *perforandi* vel *secandi*. Quae notiones in Chald.
 חלל et Arab. حَلَّ, nec non cognato حَجَّ, obtinent.
 Notio vero *perforandi* translata est primum ad *tibias*,
 quod et lingua chaldaea testatur. Vnde חלל, puto,
 primum *tibias conficere*, deinde *tibiis canere*, denique ad
 tiliarum concentum *saltare*, significare coepit. Adhi-
 bebantur autem tibiae non solum in luctu, sed etiam in
 conuiujs et nuptijs, adeo vt Syris نَوْدُ ipsas *nup-
 ptias* et *conuiuia*, et מְחֹרֵל ebraeis *chorum*, notarent.
 Cum vero et conuiuia et saltationes et processiones lu-
 ctuosae ad tiliarum sonum *inchoari* solerent, credo, in-
 de notionem *incipiendi* fluxisse, adeo vt primum תחלה,
 modo de *initio* talis solennitatis, modo vniuersim de
initio cuiusuis rei dictum sit. Ab vtraque tandem, et
perforandi et *secandi* notione, descenderunt illae: *vul-
 nerandi*, *violandi*, *laedendi* imo et *perdendi*. Certe
 Arab.

gnum) profanatis, quippe qui aram Iouae
nauci

Arab. ^وخ^ل est *vulnerare*, deinde etiam *laedere*, denique
laedere bonis et *exuere*: hinc ²خ^ل pauperem notat.

Ebraeis porro notauit *exuere honore*, *profanare*, vt Syr.

אלא Aph. ^ואל^ל violauit, polluit, profanauit. Vi-

des h. l. אלל esse id quod supra אל. Consentientibus

interpretibus vett. maxime Arab. qui habet ^وو^وو^و

a ^وو^وو^و C. II. *conspurcauit, contaminauit*. — Dici-

tur autem nomen Dei *pollui*, quando Deus non caste
et sancte colitur, quando ipsi sacrificia legitima non
offeruntur, aut quando religio omnino negligitur et
posthabetur.

אמר] באמרכם שלחן יהוה מגאל הוא, *dicere*
aliquid esse, Ebraeis est: *habere pro* —. Iam cum
מגאל nihil aliud h. l. valeat, quam quod supra v. 7.
נבזה, sequitur, sensum totius dicti eundem esse, scilicet
quem in versione expressi. Etiam Alex. eodem modo
quo supra: ἡλισγημένη ἐστὶ.

] וניבו נבזה אכלו Locus est valde vexatus. Inter
eos qui lectionem vulg. tuentur, optime ii videntur
rem tetigisse, qui ad אכלו יו vel היה subaudiri,
primumque suffixum in ניבו ad שלחן, alterum in אכלו
ad Deum referri volunt, adeo vt sensus sit: *Prouentus*
eius, vilissimus est cibus Dei, seu: Deo offertur, seu:
Ferta et sacrificia vilissima Deo offeruntur. Is certe
sensus verbis aequè ac membro antecedenti aptissimus
est. Neque vllum dubium est, ניב h. l. notare quas-
cunque oblationes, quatenus ex iis reditus capiunt Sacer-

nauci, et quae ad eam feruntur, nihili putatis.

13. Et

dotes. Hinc Alex. scite: ἐπιτιθέμενα et Chald. מתנתא
dona. — Sed variaesse olim videtur Lectio. Legerunt

Chald. וְנִיבּוּ נְבוּהָ

Syrus: וְנִבְּוָה אֲכָלוּ

Arabs: וְנִיבּ נְבוּהָ אֲכָלוּ

Vulg. וְנִבּוּ נְבוּהָ [עִם] אֲכָלוּ

Sed mihi de hac re sic videtur. Lectio antiquissima fuit וְנִיבּוּ נְבוּהָ. Hinc Ionathan expresse: ובסיון מתנתא מניה, et *despectui sunt dona ex ea* i. e. eius. Alexandrini etiam, ut puto, scripserant: καὶ τὰ ἐπιτιθέμενα αὐτῶν ἐξεδένωνται. Sed postea interpres quidam in margine libri sui scripsit אֲכָלוּ et טוּבָוּ lineam subducta signavit, indicaturus, וְנִיבּוּ h. l. dici pro אֲכָלוּ, quod supra v. 7. erat לַחֲמוֹ לִיבִי עִיּוּ. Alius, hoc libro usus, illud טוּבָוּ lineam notatum, pro delendo habuit, אֲכָלוּ veram lectionem putans, unde nata sunt exempla quae legerunt וְנִבְּוָה אֲכָלוּ. Alius, tale exemplum, ubi אֲכָלוּ adscriptum esset, nactus, censuit, illud אֲכָלוּ textui inferri debere: unde nati sunt codices plures, qui vitiosam haberent lectionem, וְנִיבּוּ נְבוּהָ אֲכָלוּ; quod effecit, ut alii, forte ad marginem, primum versionis Alex. scriberent verba: βρώματα αὐτῶν, quam lectionem, praetulit Syrus; alii deinde eadem textui ultra inferenda esse putarent, adeo ut fieret, ἐπιτιθέμενα αὐτῶν ἐξεδένωνται βρώματα αὐτῶν: quae cum Vulgatae autor in libro suo reperiret, neque tamen intelligeret, exemplum ebr. consulens, pro modulo ingenii sensum exprimere studuit: *cum igne qui illud deuorat*: ac si esset אֲכָלוּ et עִם subaudiri deberet ita: *cum comedente eius* i. e. *cum igne qui illud deuorat*. Sed alius postea librarius peritior in suo libro prius αὐτῶν vel omisit

13. Et nihilominus laudatis victimas vestras?
cum

omisit vel deleuit, quo sensus existeret, adeo vt inde nasceretur lectio nostra: καὶ τὰ ἐπιτιθέμενα ἐξεδένωνται, (seu vt Vaticanus habet ἐξεδένωται) βρώματα αὐτῶ; et impositi eius tibi despecti sunt. Quam lectionem Arabs secutus est. — Iam quae HOVBIGANTIVS habeat accipe. „Non conuenit, inquit, *fructus* „cum altari, de quo effertur affixum γ.“ — Sed ניר cur non possit dici de oblationibus, quatenus reditus ex iis capiunt sacerdotes, non video. — „Itaque sicut de eo fructu omnes veteres. Vulg. et quod superimponitur, ex graecis, qui conuertunt ἐπιτιθέμενα, „qui quid legerint non diuino.“ Sed nulla causa est quae prohibeat, quominus Alexandrinos τὸ ניר satis intellexisse vocabulique rarioris sensum scite expressisse statuas. „Addit Vulgatus, *cum igne*, quamuis ignis in „sacra pagina non comparet,“ Sed omnino ככל de igne comedente i. e. absumente intellexit, quia alibi saepius ככל de igne dicitur apud Ebraeos. „Nos, pro „נירו credimus olim scriptum fuisse וגם imo etiam.“ Iam iudicet Lector, qualis coniectura felicior sit, nostra aut HOVBIGANTII. Hoc animaduerti in doctissimo viro vitium, quod varias quascunque scripturas, quas vulgari lectioni praefert, ex scriptionis similitudine, quae inter vtramque lectionem esse cernitur, deriuare soleat, et fere raro in illud coniecturarum genus incidat, quo glossae, e marginibus textui illatae, indagantur et reiiciuntur, quod genus huic loco optime conuenire, saluo aliorum iudicio, opinor.

V. 13. [ואמרתם הנה מתלאה] Quamuis hoc certum sit, Deum his verbis obiurgare sacerdotes propter *victimamas*, vt in superioribus propter *ferta et liba*; ipsa tamen

cum tamen halitu eas possitis prosternere — ait Ioua dominus vniuersi — adeo parua, clauda, aegro-

verba varie explicantur. Aliqui ita: vt תלאה sit, quicquid molestum est, certe esse putatur, et מתלאה ponatur pro תלאה, vt מזה, מלבם, aliaque eiusmodi; denique, vt הפיה *deflare*, tropice sit, *non curare, negligere*. Sic sensus existeret hic: *Negligitis legem Dei de immolandis victimis eximiis*. Alii dicunt תלאה esse victimas pingues adeoque graues humeris, deinde הפיה valere, *flando prosternere*, aut *prosternere posse*; et ארתו pertinere ad nomen *pecoris* in תלאה subintelligendum, adeo vt sensus sit: *Laudatis pinguedinem victimarum vestrarum, cum tamen sint insigniter macrae*. Quae est Sententia DRVSII, aptissima vt puto. Nam לאה est (i. q. *لا* apud Arabes) proprie *laborare* vel, *facere aliquid tanto studio, vt tandem defatigeris*, conf. Gen. 19, 11. Ier. 9, 4. Hinc graeci κοπιᾶν et μοχθεῖν. Deinde vniuersum valet *defatigari, remissum fieri, viribus destitui*, sic Prou. 26, 15. Symmachus, ἀπενάγκησεν *obtorpuit*, et Alex. ἔδυνήσεται habent. Alibi ἀδενεῖν habent, vt Pf. 67, 10. Inde porro notare coepit, *aegre esse, vexari, affligi*. Hinc Syr. *laborare, fatigari*. Arab. *lentum, remissum esse*. C. IV. *affligi* aduersa fortuna. Ergo תלאה est aut ipsa *molestia*, ipse *labor*, aut id, *quod multo labore comparatum* (vt Chaldaeus vult) *vel asportatum est*. Quicquid eligas, *victimae eximiae* indigitantur, voce תלאה, adeo vt sensus aptissimus oriatur, quem HOVBIG. non vidisse videtur: nam, Vix dubitamus, inquit, quin scripserit propheta מהלאה, *aufer procul*, sacerdotibus sic loquentibus ad eos, qui afferunt victimas quasdam quas repudiant. Neque tamen rationes vllas affert huius emendationis

aegrotante pecora adducitis. Talia vero cum mihi offeratis, num putatis, me esse gratiose
 VOS

dationis praeter sensus obscuritatem (subiectiuam) in lectione vulg. deprehensam, ex quo nihil efficitur. — אמר sequente interiectione admirantis est *laudare*.

נפח] והפחתם אותו אמר יהוה צבאות est *flare*, *spirare*, diciturque proprie, cum de *vento*, tum de *odori-ribus*, vt Arab. *نفخ* et Syr. *נפח* Hiph. *deflare*, aut *flando prosternere*. Sed iam videamus de Versionibus. Chaldaeus nostram lectionem tuetur, et תלאתה pro pecoribus labore partis habet: *הא תאיתונא מלאותנא*, *ecce quod attulimus ex labore nostro est*. Sed Alex. *καὶ εἶπατε, ταῦτα ἐκ κακοπαθείας ἐσὶ· καὶ ἐξεφύσησα αὐτά.* 1) מ in מתלאתה pro מן acceperunt, vt et reliquarum versionum auctores. 2) Legerunt הפחתים. 3) אותו per αὐτά reddunt, (vnde et illud, ταῦτα) quia v. 12. reddiderant *ἐπιτιθέμενα*. Ed. Breit. autem recte *ἐξεφύσησατε* habet, lectione *ἐξεφύσησα* in marginem reiecta. Nam in plurimis quidem exemplis *ἐξεφύσησα* fuisse manifeste docent Syrus et Arabs, qui eam lectionem sequuntur, sed Vulg. tamen docet lectum etiam in aliis libris fuisse *ἐξεφύσησατε*: reddit enim: *Ecce de labore* (nam *κακοπαθεία* nihil aliud h. l. est quam *labor*) *et* (quod et deest in Cod. Gothico Toletano, cuius varias script. collegit Blanchinus) *exufflastis illud*, quod GROTIUS ita explicat: *Ecce victimae quas inactamus Deo, non sunt a plebe donatae nobis, sed comparatae ex pretio laboris nostri i. e. ex decimis, Mallet DRUSIVM sequi.*

והבאתם גוול] ואת הפסח ואת החולה והבאתם
 [את המנחה הארצה אותה מירכם אמר יהוה
 Addit causam quasi *הפחתם*: *possetis*

vos excepturum? — ait Ioua. 14. Malis vero, (noftis!) atque poenis quibuscunque

ea flando profternere, tam parua et macra funt. — גורל funt h. l. pecudes *raptae*, vt putant interpretes, *pulli* vt ego. Nam facerdoes fcire non poterant quaenam pecudes effent *raptae*, adeoque nec prohibere populum, quo minus tales adducerent. Sed Analogia linguarum docet גורל dici etiam de *pullo* f. pecore, quod nondum habet eam aetatem, in qua poffet fe defendere, adeoque (e. g. ouis) pullus, quem coruus poffet *raptum* auferre conf. Deut. 32, 11. Eft quidem ibi גורל; fed cur non etiam גורל potest in vfu fuiffe, quamuis hoc vno loco extet? Et Chaldaeis etiam גורלא Arabibusque et غُرْلٌ et جَوْرٌ *pullum* notat. Int. h. l.

*pecus quod non habet aetatem legitimam, vide Gen. 15, 9. Alex. τὰ ἀρπάγματα. (Vat. sine articulo). Vnde illustrari poffunt loca Matth. 23, 25. Luc. 11, 39. vbi ἀρπαγή, dicuntur, vt ἀρπάγματα, res raptae. — Reliqua verba huius commatis in superioribus expofita funt. Alexandrini fcite exprefserunt, καὶ εἰς δῶρον; melius effet, εἰς θυσίαν, vel εἰς δῶρον; fensus est: et fi ducitis mihi talia muneri, putatisne me vos effe beniuole excepturum? — Nam tale fi faepius omittitur, vti in illo: *Graeculus efuriens in coelum, iufferis, ibit.* Vulg. illud εἰς omisit. Syrus fensum fecutus: *ex rapinis defertis oblationes claudas et aegrotas.**

V. 14. [וארור נוכל] Hoc ארור videtur ad verfum praecedentem pertinere, hoc fensu, vt fententia feratur de iis, qui fibi perfuadebant Deum, qualibuscunque libis, fertis, victimis, contentum fore. Tales autem notabantur

que addictus est is, qui tam dolosus est,
 vt, cum habeat pecora incorrupta in grege,
 voto

tabantur in superioribus — ברך טעם est opp. ברך טעם,
 quod cum de Deo fit, *omni bonorum genere ornare*,
 ברך erit aut *addicere malis et poenis quibusuis*, aut,
exuere bonis, exitioque dare. — נכל est gr. δολιῶν,
 quo vtuntur vbique fere interpretes graeci. Alex. se-
 mel: πονηρέυεσθαι. Sed h. l. legisse videntur וכל, ὅς
 ἦν δυνατός. Suspicio autem fuisse veram versionem
 δολιευόμενος vel δόλιος, sed excidisse e quibusdam libris
 hoc verbum per negligentiam librariorum, ita vt pas-
 sim addita fuerint, ab iis qui cum ebraeo conferrent,
 verba ὅ ἦν δυνατός. Nam Syrus τὸ נכל omnino non
 expreilit. Vulg. habet *dolo suo ac si in graeco esset δό-*
λιος. Arabs vero vitium sequitur, e quo tamen sensus
 valde bonus existeret hic: *Maledictus esto, qui potest of-*
ferre pecus egregium, et qui habet in grege masculum et
tamen voto facto morbidum affert.

עדר [ויש בעדרו זכר] *Cum sit in grege masculum*. —
 notat *greges maiorum et minorum pecudum*. Arabi-
 bus عدر de loco aquis abundante dicitur, nam ea loca
 appetebant pastores. Notauit inde, vt puto, עדר, *di-*
sponere greges in loco idoneo, vnde fluxit notio dispo-
nendi et ordinandi. Deinde عذران est *pecus retro*
manens, et a pastore derelicta, a عذر bibit aquam, et
retro a grege diuisa, restitit ouis. Hinc intelligis cur
 עדר in Niph. fit; *defecit, desideratus est*, etc. — זכר
 h. l. non tantum sunt *pecudes masculae*, sed omnino *pe-*
cudes integrae et egregiae, quod ostendit oppositum
 voc. משחח, quae sunt *pecudes vitiosae*. Casterum זכר

voto tamen nuncupato, vitiosa Deo immolet. Nam ego, — ait Ioua dominus vniuersi

omnino respondet Arab. كس quod primum est masculini generis fuit et C. IV. masculinum peperit: deinde, quia omne masculinum infert notionem egregii, notare vniuersim coepit, laudare, meminisse, celebrare. — Alex. καὶ ὑπήρχεν αὐτῷ ἐν τῷ ποιμνίῳ αὐτῷ ἄρσεν. Vatic. vt ed. Breit. refert, legit: καὶ ὑπ. αὐτῷ ἐν τῷ ποιμνίῳ αὐτῷ ἄρσεν. Polygl. Lond. καὶ ὑπήρχεν ἐν τῷ ποιμνίῳ αὐτῷ ἄρσεν: et e Cod. Al. Waltonus affert hanc lectionem: καὶ ὑπ. αὐτῷ ἐν τῷ ποιμνίῳ ἄρσεν. Vides quantum ipsi editores lectiones saepe corruerint. Genuina lectio est, quam Polygl. exhibent quamque Vulg. et Syr. tuentur. Nam et Syrus consentit quamuis versio lat. quam Waltonus edidit, קָבַר , quod resp. ebraeo ובר , arietem sanum habeat, multosque, vt solet, e sola versione sapere volentes, deceperit. Consentit et Arabs nisi quod αὐτῷ non legerit. Neque dissentit Ionathan.

וגרר וזבח משחת לאדני כי מלך גדול אני אמר
 וגרר [יהודה צבאות ושמי נורא בגוים] *voto facto*. Nam
 נרר est *nuncupare votum*. Arabes notiones نرر et
 נור in vno نرر coniunxerunt. — זבח vt זבח est
 pr. ذبح *maclare*, deinde ذبيح *sacrificare* vt Arab.
 ذبح Cor. Sur. 5, 4. cui cognatum est ذبح , quod ab
 ebraeo זבח notionem *laudandi Deum* accepisse videtur.
 — משחת contractum quasi est a משחתה. שחת est
 oppositum חמם , *integrum esse*, sensu vel physico vel
 morali. Hinc שחת est vel *privare integritate sua*,
 i. e. *perdere, corrumpere, vel corrupte, peruerse agere*.
 Itaque

uerſi — rex ſum (ciuitatis ueſtrae) ſupre-
mus, cuius nomen olim inter Barbaros erit
celeberrimum.

II, I.

Itaque תַּחַשׁוּמִּי est id quod integrum non est h. l. pecus
vitioſum. Aqu. et Sym. ἔμμουμον: vnde intelligis quid
ſit ἄμμουμον, quod exacte reſpondet τῶ ὄνη, et quod alibi
per τέλειον exprimitur, et Ephes. 5, 27. de eccleſia
chriſtiana dicitur. — Alex. reddunt: καὶ εὐχὴ αὐτῶ
ἐπ' αὐτῶ (nam וְנָתַתְּ עִוְלָתָם reddunt)
καὶ θύει διεφθαρμένον τῶ Κυρίῳ. Sed non poſſum
non et h. l. ſuſpicari lectum fuiſſe in antiquioribus co-
dicibus καὶ εὐχόμενος nam Vulg. et Syrus eam lectio-
num videntur ante oculus habuiſſe. Vnde vero illa,
diciſ, εὐχὴ αὐτῶ ἐπ' αὐτῶ? Non dubito aliquos ebraeo-
rum codices legiſſe, וְנָתַתְּ עִוְלָתָם (nam et Iouathanem
video habere: וְהוּא חִיב לְנָתַתְּ. Idem Arabs.) quod
effecit, vt alii ad marginem ſcriberent εὐχὴ α. ε. α. alii
textui ea mandarent vltra.

כי מלך גדול אני אמר יהוה צבאות ושמיי נורא
: בגוים] Haec verba rationem et cauſam continent
תֵּשֶׁבֶת אֲרָוֶה. — Per לך גדול vero reſpicitur ad תַּחַשׁוּמִּי
v. 8. Vos non audetis principibus ueſtris munera
eiſmodi dare, ſed mihi ea offerre ſuſtinetis, cum ta-
men ego ſum Rex ciuitatis ueſtrae potentiffimus et ſu-
premus. — Hinc Hieroſolyima Matth. 5, 35. vocatur
πόλις τῆς μεγάλης βασιλείας, quia Deus ibi colebatur a
Iudaeis. Sic Tobiae 13, 15. εὐλογεῖτω τὸν Θεὸν τὸν
βασιλέα τὸν μέγαν. Sic Pf. 48, 2. רַב מַלְכֵּנוּ יְהוָה. Iam
Alex. διότι μέγας βασιλεὺς ἐγὼ EIMI: bene: nam
pronomibus perſon. Ebraei vti pro verbo ſubſtantiuo,
ad hoc vt plures in interpretando attenderent, opta-
rem. — וְנָתַתְּ עִוְלָתָם quid ſit, patet e verſ. II.
Itaque

II. 1. Iam vero ad vos hanc legem pertinere, scitote,

Itaque נורא est idem quod גדול. Alex. scite ἐπιφανεῖς, Arab. ظاهر illustre, celebre. Nam ירא male de terrore et timore vehementiore intelligitur. Docet meliora lingua arabica in qua (mutato נ in ע, quod fieri docet Schultensius in clauē dial. p. 192.) ורע valet, timidus fuit, cauit sibi, peculiariter a rebus, de quibus dubitabat licitaene essent an illicitae, metuens ne in peccatum incideret, modestus, pius, temperans fuit. Vnde ורע timiditas, abstinentia a rebus dubiis, timor Dei. Iam vero intelliges, quid sit ἐν φόβῳ aliquid facere: scilicet modeste, ita ut spiritus ne sumas, caute, reuerenter; quod iam AMAMA in Antibarb. notauit. Vnde et נורא est, reuerendum, admiratione reuerentiaque dignum, illustre: verehrungswürdig, herrlich. Quare Alex. vtuntur vocabulis: ἔνδοξος ἐμφανής θαυμαστός μέγας.

CAPVT II.

V. 1. [ועתה] Hac particula vtuntur Ebraei in conclusionibus. Enarrauerat in superioribus sacerdotum impietatem, auaritiam et fraudulentiam, atque post has descriptiones sententiam Dei e libris Moſis repetierat, ex qua appareret, omnes, qui Deum eiusque cultum negligunt, addictos esse, diuino decreto, malis et poenis grauissimis. Hanc itaque sententiam docet ad sacerdotes pertinere.

[אלוכם המצוה הואת הכהנים] Hoc ad te sc. pertinet, etiam Ebraei quidem dicunt; sed h. l. ellypsis v. 4. suppletur per שלחתי propono, muncio. — מצוה est

scitote, sacerdotes! 2. Nisi enim mihi obtemperabitis, honoremque et cultum hactenus

est *sententia, decretum, lex*, vel adeo *conditio legis*. Hoc loco intellige sententiam illam supra v. 14. de iis latam qui Deum negligunt. Arabes loco צוה dicunt וצו

ווא quod valet *copulavit* cap. II. *praecepit*, et ⁵ ⁶ ⁷ ⁸ ⁹ ¹⁰ ¹¹ ¹² ¹³ ¹⁴ ¹⁵ ¹⁶ ¹⁷ ¹⁸ ¹⁹ ²⁰ ²¹ ²² ²³ ²⁴ ²⁵ ²⁶ ²⁷ ²⁸ ²⁹ ³⁰ ³¹ ³² ³³ ³⁴ ³⁵ ³⁶ ³⁷ ³⁸ ³⁹ ⁴⁰ ⁴¹ ⁴² ⁴³ ⁴⁴ ⁴⁵ ⁴⁶ ⁴⁷ ⁴⁸ ⁴⁹ ⁵⁰ ⁵¹ ⁵² ⁵³ ⁵⁴ ⁵⁵ ⁵⁶ ⁵⁷ ⁵⁸ ⁵⁹ ⁶⁰ ⁶¹ ⁶² ⁶³ ⁶⁴ ⁶⁵ ⁶⁶ ⁶⁷ ⁶⁸ ⁶⁹ ⁷⁰ ⁷¹ ⁷² ⁷³ ⁷⁴ ⁷⁵ ⁷⁶ ⁷⁷ ⁷⁸ ⁷⁹ ⁸⁰ ⁸¹ ⁸² ⁸³ ⁸⁴ ⁸⁵ ⁸⁶ ⁸⁷ ⁸⁸ ⁸⁹ ⁹⁰ ⁹¹ ⁹² ⁹³ ⁹⁴ ⁹⁵ ⁹⁶ ⁹⁷ ⁹⁸ ⁹⁹ ¹⁰⁰ ¹⁰¹ ¹⁰² ¹⁰³ ¹⁰⁴ ¹⁰⁵ ¹⁰⁶ ¹⁰⁷ ¹⁰⁸ ¹⁰⁹ ¹¹⁰ ¹¹¹ ¹¹² ¹¹³ ¹¹⁴ ¹¹⁵ ¹¹⁶ ¹¹⁷ ¹¹⁸ ¹¹⁹ ¹²⁰ ¹²¹ ¹²² ¹²³ ¹²⁴ ¹²⁵ ¹²⁶ ¹²⁷ ¹²⁸ ¹²⁹ ¹³⁰ ¹³¹ ¹³² ¹³³ ¹³⁴ ¹³⁵ ¹³⁶ ¹³⁷ ¹³⁸ ¹³⁹ ¹⁴⁰ ¹⁴¹ ¹⁴² ¹⁴³ ¹⁴⁴ ¹⁴⁵ ¹⁴⁶ ¹⁴⁷ ¹⁴⁸ ¹⁴⁹ ¹⁵⁰ ¹⁵¹ ¹⁵² ¹⁵³ ¹⁵⁴ ¹⁵⁵ ¹⁵⁶ ¹⁵⁷ ¹⁵⁸ ¹⁵⁹ ¹⁶⁰ ¹⁶¹ ¹⁶² ¹⁶³ ¹⁶⁴ ¹⁶⁵ ¹⁶⁶ ¹⁶⁷ ¹⁶⁸ ¹⁶⁹ ¹⁷⁰ ¹⁷¹ ¹⁷² ¹⁷³ ¹⁷⁴ ¹⁷⁵ ¹⁷⁶ ¹⁷⁷ ¹⁷⁸ ¹⁷⁹ ¹⁸⁰ ¹⁸¹ ¹⁸² ¹⁸³ ¹⁸⁴ ¹⁸⁵ ¹⁸⁶ ¹⁸⁷ ¹⁸⁸ ¹⁸⁹ ¹⁹⁰ ¹⁹¹ ¹⁹² ¹⁹³ ¹⁹⁴ ¹⁹⁵ ¹⁹⁶ ¹⁹⁷ ¹⁹⁸ ¹⁹⁹ ²⁰⁰ ²⁰¹ ²⁰² ²⁰³ ²⁰⁴ ²⁰⁵ ²⁰⁶ ²⁰⁷ ²⁰⁸ ²⁰⁹ ²¹⁰ ²¹¹ ²¹² ²¹³ ²¹⁴ ²¹⁵ ²¹⁶ ²¹⁷ ²¹⁸ ²¹⁹ ²²⁰ ²²¹ ²²² ²²³ ²²⁴ ²²⁵ ²²⁶ ²²⁷ ²²⁸ ²²⁹ ²³⁰ ²³¹ ²³² ²³³ ²³⁴ ²³⁵ ²³⁶ ²³⁷ ²³⁸ ²³⁹ ²⁴⁰ ²⁴¹ ²⁴² ²⁴³ ²⁴⁴ ²⁴⁵ ²⁴⁶ ²⁴⁷ ²⁴⁸ ²⁴⁹ ²⁵⁰ ²⁵¹ ²⁵² ²⁵³ ²⁵⁴ ²⁵⁵ ²⁵⁶ ²⁵⁷ ²⁵⁸ ²⁵⁹ ²⁶⁰ ²⁶¹ ²⁶² ²⁶³ ²⁶⁴ ²⁶⁵ ²⁶⁶ ²⁶⁷ ²⁶⁸ ²⁶⁹ ²⁷⁰ ²⁷¹ ²⁷² ²⁷³ ²⁷⁴ ²⁷⁵ ²⁷⁶ ²⁷⁷ ²⁷⁸ ²⁷⁹ ²⁸⁰ ²⁸¹ ²⁸² ²⁸³ ²⁸⁴ ²⁸⁵ ²⁸⁶ ²⁸⁷ ²⁸⁸ ²⁸⁹ ²⁹⁰ ²⁹¹ ²⁹² ²⁹³ ²⁹⁴ ²⁹⁵ ²⁹⁶ ²⁹⁷ ²⁹⁸ ²⁹⁹ ³⁰⁰ ³⁰¹ ³⁰² ³⁰³ ³⁰⁴ ³⁰⁵ ³⁰⁶ ³⁰⁷ ³⁰⁸ ³⁰⁹ ³¹⁰ ³¹¹ ³¹² ³¹³ ³¹⁴ ³¹⁵ ³¹⁶ ³¹⁷ ³¹⁸ ³¹⁹ ³²⁰ ³²¹ ³²² ³²³ ³²⁴ ³²⁵ ³²⁶ ³²⁷ ³²⁸ ³²⁹ ³³⁰ ³³¹ ³³² ³³³ ³³⁴ ³³⁵ ³³⁶ ³³⁷ ³³⁸ ³³⁹ ³⁴⁰ ³⁴¹ ³⁴² ³⁴³ ³⁴⁴ ³⁴⁵ ³⁴⁶ ³⁴⁷ ³⁴⁸ ³⁴⁹ ³⁵⁰ ³⁵¹ ³⁵² ³⁵³ ³⁵⁴ ³⁵⁵ ³⁵⁶ ³⁵⁷ ³⁵⁸ ³⁵⁹ ³⁶⁰ ³⁶¹ ³⁶² ³⁶³ ³⁶⁴ ³⁶⁵ ³⁶⁶ ³⁶⁷ ³⁶⁸ ³⁶⁹ ³⁷⁰ ³⁷¹ ³⁷² ³⁷³ ³⁷⁴ ³⁷⁵ ³⁷⁶ ³⁷⁷ ³⁷⁸ ³⁷⁹ ³⁸⁰ ³⁸¹ ³⁸² ³⁸³ ³⁸⁴ ³⁸⁵ ³⁸⁶ ³⁸⁷ ³⁸⁸ ³⁸⁹ ³⁹⁰ ³⁹¹ ³⁹² ³⁹³ ³⁹⁴ ³⁹⁵ ³⁹⁶ ³⁹⁷ ³⁹⁸ ³⁹⁹ ⁴⁰⁰ ⁴⁰¹ ⁴⁰² ⁴⁰³ ⁴⁰⁴ ⁴⁰⁵ ⁴⁰⁶ ⁴⁰⁷ ⁴⁰⁸ ⁴⁰⁹ ⁴¹⁰ ⁴¹¹ ⁴¹² ⁴¹³ ⁴¹⁴ ⁴¹⁵ ⁴¹⁶ ⁴¹⁷ ⁴¹⁸ ⁴¹⁹ ⁴²⁰ ⁴²¹ ⁴²² ⁴²³ ⁴²⁴ ⁴²⁵ ⁴²⁶ ⁴²⁷ ⁴²⁸ ⁴²⁹ ⁴³⁰ ⁴³¹ ⁴³² ⁴³³ ⁴³⁴ ⁴³⁵ ⁴³⁶ ⁴³⁷ ⁴³⁸ ⁴³⁹ ⁴⁴⁰ ⁴⁴¹ ⁴⁴² ⁴⁴³ ⁴⁴⁴ ⁴⁴⁵ ⁴⁴⁶ ⁴⁴⁷ ⁴⁴⁸ ⁴⁴⁹ ⁴⁵⁰ ⁴⁵¹ ⁴⁵² ⁴⁵³ ⁴⁵⁴ ⁴⁵⁵ ⁴⁵⁶ ⁴⁵⁷ ⁴⁵⁸ ⁴⁵⁹ ⁴⁶⁰ ⁴⁶¹ ⁴⁶² ⁴⁶³ ⁴⁶⁴ ⁴⁶⁵ ⁴⁶⁶ ⁴⁶⁷ ⁴⁶⁸ ⁴⁶⁹ ⁴⁷⁰ ⁴⁷¹ ⁴⁷² ⁴⁷³ ⁴⁷⁴ ⁴⁷⁵ ⁴⁷⁶ ⁴⁷⁷ ⁴⁷⁸ ⁴⁷⁹ ⁴⁸⁰ ⁴⁸¹ ⁴⁸² ⁴⁸³ ⁴⁸⁴ ⁴⁸⁵ ⁴⁸⁶ ⁴⁸⁷ ⁴⁸⁸ ⁴⁸⁹ ⁴⁹⁰ ⁴⁹¹ ⁴⁹² ⁴⁹³ ⁴⁹⁴ ⁴⁹⁵ ⁴⁹⁶ ⁴⁹⁷ ⁴⁹⁸ ⁴⁹⁹ ⁵⁰⁰ ⁵⁰¹ ⁵⁰² ⁵⁰³ ⁵⁰⁴ ⁵⁰⁵ ⁵⁰⁶ ⁵⁰⁷ ⁵⁰⁸ ⁵⁰⁹ ⁵¹⁰ ⁵¹¹ ⁵¹² ⁵¹³ ⁵¹⁴ ⁵¹⁵ ⁵¹⁶ ⁵¹⁷ ⁵¹⁸ ⁵¹⁹ ⁵²⁰ ⁵²¹ ⁵²² ⁵²³ ⁵²⁴ ⁵²⁵ ⁵²⁶ ⁵²⁷ ⁵²⁸ ⁵²⁹ ⁵³⁰ ⁵³¹ ⁵³² ⁵³³ ⁵³⁴ ⁵³⁵ ⁵³⁶ ⁵³⁷ ⁵³⁸ ⁵³⁹ ⁵⁴⁰ ⁵⁴¹ ⁵⁴² ⁵⁴³ ⁵⁴⁴ ⁵⁴⁵ ⁵⁴⁶ ⁵⁴⁷ ⁵⁴⁸ ⁵⁴⁹ ⁵⁵⁰ ⁵⁵¹ ⁵⁵² ⁵⁵³ ⁵⁵⁴ ⁵⁵⁵ ⁵⁵⁶ ⁵⁵⁷ ⁵⁵⁸ ⁵⁵⁹ ⁵⁶⁰ ⁵⁶¹ ⁵⁶² ⁵⁶³ ⁵⁶⁴ ⁵⁶⁵ ⁵⁶⁶ ⁵⁶⁷ ⁵⁶⁸ ⁵⁶⁹ ⁵⁷⁰ ⁵⁷¹ ⁵⁷² ⁵⁷³ ⁵⁷⁴ ⁵⁷⁵ ⁵⁷⁶ ⁵⁷⁷ ⁵⁷⁸ ⁵⁷⁹ ⁵⁸⁰ ⁵⁸¹ ⁵⁸² ⁵⁸³ ⁵⁸⁴ ⁵⁸⁵ ⁵⁸⁶ ⁵⁸⁷ ⁵⁸⁸ ⁵⁸⁹ ⁵⁹⁰ ⁵⁹¹ ⁵⁹² ⁵⁹³ ⁵⁹⁴ ⁵⁹⁵ ⁵⁹⁶ ⁵⁹⁷ ⁵⁹⁸ ⁵⁹⁹ ⁶⁰⁰ ⁶⁰¹ ⁶⁰² ⁶⁰³ ⁶⁰⁴ ⁶⁰⁵ ⁶⁰⁶ ⁶⁰⁷ ⁶⁰⁸ ⁶⁰⁹ ⁶¹⁰ ⁶¹¹ ⁶¹² ⁶¹³ ⁶¹⁴ ⁶¹⁵ ⁶¹⁶ ⁶¹⁷ ⁶¹⁸ ⁶¹⁹ ⁶²⁰ ⁶²¹ ⁶²² ⁶²³ ⁶²⁴ ⁶²⁵ ⁶²⁶ ⁶²⁷ ⁶²⁸ ⁶²⁹ ⁶³⁰ ⁶³¹ ⁶³² ⁶³³ ⁶³⁴ ⁶³⁵ ⁶³⁶ ⁶³⁷ ⁶³⁸ ⁶³⁹ ⁶⁴⁰ ⁶⁴¹ ⁶⁴² ⁶⁴³ ⁶⁴⁴ ⁶⁴⁵ ⁶⁴⁶ ⁶⁴⁷ ⁶⁴⁸ ⁶⁴⁹ ⁶⁵⁰ ⁶⁵¹ ⁶⁵² ⁶⁵³ ⁶⁵⁴ ⁶⁵⁵ ⁶⁵⁶ ⁶⁵⁷ ⁶⁵⁸ ⁶⁵⁹ ⁶⁶⁰ ⁶⁶¹ ⁶⁶² ⁶⁶³ ⁶⁶⁴ ⁶⁶⁵ ⁶⁶⁶ ⁶⁶⁷ ⁶⁶⁸ ⁶⁶⁹ ⁶⁷⁰ ⁶⁷¹ ⁶⁷² ⁶⁷³ ⁶⁷⁴ ⁶⁷⁵ ⁶⁷⁶ ⁶⁷⁷ ⁶⁷⁸ ⁶⁷⁹ ⁶⁸⁰ ⁶⁸¹ ⁶⁸² ⁶⁸³ ⁶⁸⁴ ⁶⁸⁵ ⁶⁸⁶ ⁶⁸⁷ ⁶⁸⁸ ⁶⁸⁹ ⁶⁹⁰ ⁶⁹¹ ⁶⁹² ⁶⁹³ ⁶⁹⁴ ⁶⁹⁵ ⁶⁹⁶ ⁶⁹⁷ ⁶⁹⁸ ⁶⁹⁹ ⁷⁰⁰ ⁷⁰¹ ⁷⁰² ⁷⁰³ ⁷⁰⁴ ⁷⁰⁵ ⁷⁰⁶ ⁷⁰⁷ ⁷⁰⁸ ⁷⁰⁹ ⁷¹⁰ ⁷¹¹ ⁷¹² ⁷¹³ ⁷¹⁴ ⁷¹⁵ ⁷¹⁶ ⁷¹⁷ ⁷¹⁸ ⁷¹⁹ ⁷²⁰ ⁷²¹ ⁷²² ⁷²³ ⁷²⁴ ⁷²⁵ ⁷²⁶ ⁷²⁷ ⁷²⁸ ⁷²⁹ ⁷³⁰ ⁷³¹ ⁷³² ⁷³³ ⁷³⁴ ⁷³⁵ ⁷³⁶ ⁷³⁷ ⁷³⁸ ⁷³⁹ ⁷⁴⁰ ⁷⁴¹ ⁷⁴² ⁷⁴³ ⁷⁴⁴ ⁷⁴⁵ ⁷⁴⁶ ⁷⁴⁷ ⁷⁴⁸ ⁷⁴⁹ ⁷⁵⁰ ⁷⁵¹ ⁷⁵² ⁷⁵³ ⁷⁵⁴ ⁷⁵⁵ ⁷⁵⁶ ⁷⁵⁷ ⁷⁵⁸ ⁷⁵⁹ ⁷⁶⁰ ⁷⁶¹ ⁷⁶² ⁷⁶³ ⁷⁶⁴ ⁷⁶⁵ ⁷⁶⁶ ⁷⁶⁷ ⁷⁶⁸ ⁷⁶⁹ ⁷⁷⁰ ⁷⁷¹ ⁷⁷² ⁷⁷³ ⁷⁷⁴ ⁷⁷⁵ ⁷⁷⁶ ⁷⁷⁷ ⁷⁷⁸ ⁷⁷⁹ ⁷⁸⁰ ⁷⁸¹ ⁷⁸² ⁷⁸³ ⁷⁸⁴ ⁷⁸⁵ ⁷⁸⁶ ⁷⁸⁷ ⁷⁸⁸ ⁷⁸⁹ ⁷⁹⁰ ⁷⁹¹ ⁷⁹² ⁷⁹³ ⁷⁹⁴ ⁷⁹⁵ ⁷⁹⁶ ⁷⁹⁷ ⁷⁹⁸ ⁷⁹⁹ ⁸⁰⁰ ⁸⁰¹ ⁸⁰² ⁸⁰³ ⁸⁰⁴ ⁸⁰⁵ ⁸⁰⁶ ⁸⁰⁷ ⁸⁰⁸ ⁸⁰⁹ ⁸¹⁰ ⁸¹¹ ⁸¹² ⁸¹³ ⁸¹⁴ ⁸¹⁵ ⁸¹⁶ ⁸¹⁷ ⁸¹⁸ ⁸¹⁹ ⁸²⁰ ⁸²¹ ⁸²² ⁸²³ ⁸²⁴ ⁸²⁵ ⁸²⁶ ⁸²⁷ ⁸²⁸ ⁸²⁹ ⁸³⁰ ⁸³¹ ⁸³² ⁸³³ ⁸³⁴ ⁸³⁵ ⁸³⁶ ⁸³⁷ ⁸³⁸ ⁸³⁹ ⁸⁴⁰ ⁸⁴¹ ⁸⁴² ⁸⁴³ ⁸⁴⁴ ⁸⁴⁵ ⁸⁴⁶ ⁸⁴⁷ ⁸⁴⁸ ⁸⁴⁹ ⁸⁵⁰ ⁸⁵¹ ⁸⁵² ⁸⁵³ ⁸⁵⁴ ⁸⁵⁵ ⁸⁵⁶ ⁸⁵⁷ ⁸⁵⁸ ⁸⁵⁹ ⁸⁶⁰ ⁸⁶¹ ⁸⁶² ⁸⁶³ ⁸⁶⁴ ⁸⁶⁵ ⁸⁶⁶ ⁸⁶⁷ ⁸⁶⁸ ⁸⁶⁹ ⁸⁷⁰ ⁸⁷¹ ⁸⁷² ⁸⁷³ ⁸⁷⁴ ⁸⁷⁵ ⁸⁷⁶ ⁸⁷⁷ ⁸⁷⁸ ⁸⁷⁹ ⁸⁸⁰ ⁸⁸¹ ⁸⁸² ⁸⁸³ ⁸⁸⁴ ⁸⁸⁵ ⁸⁸⁶ ⁸⁸⁷ ⁸⁸⁸ ⁸⁸⁹ ⁸⁹⁰ ⁸⁹¹ ⁸⁹² ⁸⁹³ ⁸⁹⁴ ⁸⁹⁵ ⁸⁹⁶ ⁸⁹⁷ ⁸⁹⁸ ⁸⁹⁹ ⁹⁰⁰ ⁹⁰¹ ⁹⁰² ⁹⁰³ ⁹⁰⁴ ⁹⁰⁵ ⁹⁰⁶ ⁹⁰⁷ ⁹⁰⁸ ⁹⁰⁹ ⁹¹⁰ ⁹¹¹ ⁹¹² ⁹¹³ ⁹¹⁴ ⁹¹⁵ ⁹¹⁶ ⁹¹⁷ ⁹¹⁸ ⁹¹⁹ ⁹²⁰ ⁹²¹ ⁹²² ⁹²³ ⁹²⁴ ⁹²⁵ ⁹²⁶ ⁹²⁷ ⁹²⁸ ⁹²⁹ ⁹³⁰ ⁹³¹ ⁹³² ⁹³³ ⁹³⁴ ⁹³⁵ ⁹³⁶ ⁹³⁷ ⁹³⁸ ⁹³⁹ ⁹⁴⁰ ⁹⁴¹ ⁹⁴² ⁹⁴³ ⁹⁴⁴ ⁹⁴⁵ ⁹⁴⁶ ⁹⁴⁷ ⁹⁴⁸ ⁹⁴⁹ ⁹⁵⁰ ⁹⁵¹ ⁹⁵² ⁹⁵³ ⁹⁵⁴ ⁹⁵⁵ ⁹⁵⁶ ⁹⁵⁷ ⁹⁵⁸ ⁹⁵⁹ ⁹⁶⁰ ⁹⁶¹ ⁹⁶² ⁹⁶³ ⁹⁶⁴ ⁹⁶⁵ ⁹⁶⁶ ⁹⁶⁷ ⁹⁶⁸ ⁹⁶⁹ ⁹⁷⁰ ⁹⁷¹ ⁹⁷² ⁹⁷³ ⁹⁷⁴ ⁹⁷⁵ ⁹⁷⁶ ⁹⁷⁷ ⁹⁷⁸ ⁹⁷⁹ ⁹⁸⁰ ⁹⁸¹ ⁹⁸² ⁹⁸³ ⁹⁸⁴ ⁹⁸⁵ ⁹⁸⁶ ⁹⁸⁷ ⁹⁸⁸ ⁹⁸⁹ ⁹⁹⁰ ⁹⁹¹ ⁹⁹² ⁹⁹³ ⁹⁹⁴ ⁹⁹⁵ ⁹⁹⁶ ⁹⁹⁷ ⁹⁹⁸ ⁹⁹⁹ ¹⁰⁰⁰ ¹⁰⁰¹ ¹⁰⁰² ¹⁰⁰³ ¹⁰⁰⁴ ¹⁰⁰⁵ ¹⁰⁰⁶ ¹⁰⁰⁷ ¹⁰⁰⁸ ¹⁰⁰⁹ ¹⁰¹⁰ ¹⁰¹¹ ¹⁰¹² ¹⁰¹³ ¹⁰¹⁴ ¹⁰¹⁵ ¹⁰¹⁶ ¹⁰¹⁷ ¹⁰¹⁸ ¹⁰¹⁹ ¹⁰²⁰ ¹⁰²¹ ¹⁰²² ¹⁰²³ ¹⁰²⁴ ¹⁰²⁵ ¹⁰²⁶ ¹⁰²⁷ ¹⁰²⁸ ¹⁰²⁹ ¹⁰³⁰ ¹⁰³¹ ¹⁰³² ¹⁰³³ ¹⁰³⁴ ¹⁰³⁵ ¹⁰³⁶ ¹⁰³⁷ ¹⁰³⁸ ¹⁰³⁹ ¹⁰⁴⁰ ¹⁰⁴¹ ¹⁰⁴² ¹⁰⁴³ ¹⁰⁴⁴ ¹⁰⁴⁵ ¹⁰⁴⁶ ¹⁰⁴⁷ ¹⁰⁴⁸ ¹⁰⁴⁹ ¹⁰⁵⁰ ¹⁰⁵¹ ¹⁰⁵² ¹⁰⁵³ ¹⁰⁵⁴ ¹⁰⁵⁵ ¹⁰⁵⁶ ¹⁰⁵⁷ ¹⁰⁵⁸ ¹⁰⁵⁹ ¹⁰⁶⁰ ¹⁰⁶¹ ¹⁰⁶² ¹⁰⁶³ ¹⁰⁶⁴ ¹⁰⁶⁵ ¹⁰⁶⁶ ¹⁰⁶⁷ ¹⁰⁶⁸ ¹⁰⁶⁹ ¹⁰⁷⁰ ¹⁰⁷¹ ¹⁰⁷² ¹⁰⁷³ ¹⁰⁷⁴ ¹⁰⁷⁵ ¹⁰⁷⁶ ¹⁰⁷⁷ ¹⁰⁷⁸ ¹⁰⁷⁹ ¹⁰⁸⁰ ¹⁰⁸¹ ¹⁰⁸² ¹⁰⁸³ ¹⁰⁸⁴ ¹⁰⁸⁵ ¹⁰⁸⁶ ¹⁰⁸⁷ ¹⁰⁸⁸ ¹⁰⁸⁹ ¹⁰⁹⁰ ¹⁰⁹¹ ¹⁰⁹² ¹⁰⁹³ ¹⁰⁹⁴ ¹⁰⁹⁵ ¹⁰⁹⁶ ¹⁰⁹⁷ ¹⁰⁹⁸ ¹⁰⁹⁹ ¹¹⁰⁰ ¹¹⁰¹ ¹¹⁰² ¹¹⁰³ ¹¹⁰⁴ ¹¹⁰⁵ ¹¹⁰⁶ ¹¹⁰⁷ ¹¹⁰⁸ ¹¹⁰⁹ ¹¹¹⁰ ¹¹¹¹ ¹¹¹² ¹¹¹³ ¹¹¹⁴ ¹¹¹⁵ ¹¹¹⁶ ¹¹¹⁷ ¹¹¹⁸ ¹¹¹⁹ ¹¹²⁰ ¹¹²¹ ¹¹²² ¹¹²³ ¹¹²⁴ ¹¹²⁵ ¹¹²⁶ ¹¹²⁷ ¹¹²⁸ ¹¹²⁹ ¹¹³⁰ ¹¹³¹ ¹¹³² ¹¹³³ ¹¹³⁴ ¹¹³⁵ ¹¹³⁶ ¹¹³⁷ ¹¹³⁸ ¹¹³⁹ ¹¹⁴⁰ ¹¹⁴¹ ¹¹⁴² ¹¹⁴³ ¹¹⁴⁴ ¹¹⁴⁵ ¹¹⁴⁶ ¹¹⁴⁷ ¹¹⁴⁸ ¹¹⁴⁹ ¹¹⁵⁰ ¹¹⁵¹ ¹¹⁵² ¹¹⁵³ ¹¹⁵⁴ ¹¹⁵⁵ ¹¹⁵⁶ ¹¹⁵⁷ ¹¹⁵⁸ ¹¹⁵⁹ ¹¹⁶⁰ ¹¹⁶¹ ¹¹⁶² ¹¹⁶³ ¹¹⁶⁴ ¹¹⁶⁵ ¹¹⁶⁶ ¹¹⁶⁷ ¹¹⁶⁸ ¹¹⁶⁹ ¹¹⁷⁰ ¹¹⁷¹ ¹¹⁷² ¹¹⁷³ ¹¹⁷⁴ ¹¹⁷⁵ ¹¹⁷⁶ ¹¹⁷⁷ ¹¹⁷⁸ ¹¹⁷⁹ ¹¹⁸⁰ ¹¹⁸¹ ¹¹⁸² ¹¹⁸³ ¹¹⁸⁴ ¹¹⁸⁵ ¹¹⁸⁶ ¹¹⁸⁷ ¹¹⁸⁸ ¹¹⁸⁹ ¹¹⁹⁰ ¹¹⁹¹ ¹¹⁹² ¹¹⁹³ ¹¹⁹⁴ ¹¹⁹⁵ ¹¹⁹⁶ ¹¹⁹⁷ ¹¹⁹⁸ ¹¹⁹⁹ ¹²⁰⁰ ¹²⁰¹ ¹²⁰² ¹²⁰³ ¹²⁰⁴ ¹²⁰⁵ ¹²⁰⁶ ¹²⁰⁷ ¹²⁰⁸ ¹²⁰⁹ ¹²¹⁰ ¹²¹¹ ¹²¹² ¹²¹³ ¹²¹⁴ ¹²¹⁵ ¹²¹⁶ ¹²¹⁷ ¹²¹⁸ ¹²¹⁹ ¹²²⁰ ¹²²¹ ¹²²² ¹²²³ ¹²²⁴ ¹²²⁵ ¹²²⁶ ¹²²⁷ ¹²²⁸ ¹²²⁹ ¹²³⁰ ¹²³¹ ¹²³² ¹²³³ ¹²³⁴ ¹²³⁵ ¹²³⁶ ¹²³⁷ ¹²³⁸ ¹²³⁹ ¹²⁴⁰ ¹²⁴¹ ¹²⁴² ¹²⁴³ ¹²⁴⁴ ¹²⁴⁵ ¹²⁴⁶ ¹²⁴⁷ ¹²⁴⁸ ¹²⁴⁹ ¹²⁵⁰ ¹²⁵¹ ¹²⁵² ¹²⁵³ ¹²⁵⁴ ¹²⁵⁵ ¹²⁵⁶ ¹²⁵⁷ ¹²⁵⁸ ¹²⁵⁹ ¹²⁶⁰ ¹²⁶¹ ¹²⁶² ¹²⁶³ ¹²⁶⁴ ¹²⁶⁵ ¹²⁶⁶ ¹²⁶⁷ ¹²⁶⁸ ¹²⁶⁹ ¹²⁷⁰ ¹²⁷¹ ¹²⁷² ¹²⁷³ ¹²⁷⁴ ¹²⁷⁵ ¹²⁷⁶ ¹²⁷⁷ ¹²⁷⁸ ¹²⁷⁹ ¹²⁸⁰ ¹²⁸¹ ¹²⁸² ¹²⁸³ ¹²⁸⁴ ¹²⁸⁵ ¹²⁸⁶ ¹²⁸⁷ ¹²⁸⁸ ¹²⁸⁹ ¹²⁹⁰ ¹²⁹¹ ¹²⁹² ¹²⁹³ ¹²⁹⁴ ¹²⁹⁵ ¹²⁹⁶ ¹²⁹⁷ ¹²⁹⁸ ¹²⁹⁹ ¹³⁰⁰ ¹³⁰¹ ¹³⁰² ¹³⁰³ ¹³⁰⁴ ¹³⁰⁵ ¹³⁰⁶ ¹³⁰⁷ ¹³⁰⁸ ¹³⁰⁹ ¹³¹⁰ ¹³¹¹ ¹³¹² ¹³¹³ ¹³¹⁴ ¹³¹⁵ ¹³¹⁶ ¹³¹⁷ ¹³¹⁸ ¹³¹⁹ ¹³²⁰ ¹³²¹ ¹³²² ¹

nus detractum, eo quo par est studio, mihi reddetis,

תת כבוד] לתת כבוד לשמי אמר יהוה צבאות
 vt *διδόναι δόξαν* est quidem i. q. *δοξάζειν*, Luc. 17, 18.
 (sic, Luc. 7, 45. *φίλημα δίδοναι* pro *φιλεῖν*, Io. 19, 9.
ἀπόκρισιν δίδοναι, pro *ἀποκρίνεσθαι*: Sic passim in
 Psalmis *διδόναι αἶνον* pro *αἰνεῖν*;) verum in plerisque
 locis peculiaris vis inest vocabulo *δόξα*. Intelligitur
 enim *maiestas Dei*, adeo vt *δοῦναι δόξαν Θεῷ* sit specia-
 tim: *Das Maieitätsrecht Gottes erkennen und seiner Ho-*
heit gemäs handeln. Hinc dicitur mox de iis, qui be-
 neficia omnia Deo soli demisso animo accepta referunt,
 Luc. 17, 18. mox de iis, qui demissa mente se effatis Dei
 subiiciunt eique credunt, Rom. 4, 20. mox de iis, qui
 demisse agnoscunt culpam Ios. 7, 19. mox de iis, qui
 honorem quem haectenus Deo detraxerant, reddunt,
 mutando animum vitamque vt h. l. conf. Ier. 13, 16. —
 Alex. לתת τῷ δοῦναι reddunt. Scilicet τῷ ante infini-
 tiuos Hellenistae ponunt pro *eis τὸ*. — Iam השים
 לתת כבוד על-לב erit, *toto animo studioque summo co-*
lere, honorem debitum reddere enixissime studere.

[ושלחתי בכם את-המארה וארוותי את-ברכותיכם
 cum ב est *immittere*. Alex. ἔξαποσελῶ ἐφ' ὑμᾶς:
 vt supra *eis* pro *ἐπὶ* sic hic *ἐπὶ* pro *eis*. — Iam
 vti ארר est *addicere malis*, vel adeo *immittere poenas*,
 ita מארה, sunt ipsa *mala*, ipsum *exitium*: h. l. intellige
inopiam. Sic et oppositum ברכה cum *bona* omnis ge-
 neris, tum maxime, *opes*, *diuitiasque* denotat. Quod
 h. l. praeter seriem orationis, inc. int. apud Montefalc.
 (quem suspicor esse Aquilam, quippe qui Deut. 28, 20.
 eodem voc. vtitur, vbi מארה est in Ebraeo) docet, qui
σπάειν reddit, quod Vulg. per *egestatem* expressit. Ita-
 que שלח בפלני את-מארה est: *iubere aliquem con-*
fictari

reddetis, — ait Ioua dominus vniuersi —
egestate

flectari inopia atque egestate. Et ארר את - ברכות, cum ברות sint diuitiae, opes, est: copiam mutare in inopiam. Grotius ברות intelligit de benedictionibus i. e. precibus Sacerdotum hoc sensu: vt Deus dicat, se effecturum vt hae faustae preces dirarum euentum habeant. Male. Nam series orationis docet ברות esse reditus sacerdotum copiosos et magnos. — Hinc et בך vniuersum quidem valet *genia flectere*, deinde *salutare, bene precari*, denique *laudare*, sed speciatim de Deo valet *ornare bonis, salute, auxilio*, vnde Ps. 3, 9. ברה *auxilium* notat, ita vt עמך ברכתך sit: *praesta tuis auxilium*. Quo eodem modo iudicare debes de gr. εὐλογεῖν et εὐλογία, vt Eph. 1, 3. εὐλογήσεις ἡμᾶς ἐν πάσῃ εὐλογίᾳ πνευματικῇ, h. e. *ornauit nos omnis generis bonis spiritualibus*. Hinc εὐλογημένος est, *deo carus, felix*. Certe et Arab. عَفَّ valet c. I. *genia flectere, salutare*, c. II. *Deus hominem prosperauit*, c. V. *felix fuit*, laeta rei copia; *laudauit*, c. VI. *bene se habuit*: vnde عَفَّيْ, *copia*: عَفْفٌ, *abundantia, felicitas*. — Caeterum fuisse in codicibus quibusdam בְּרַכְתְּכֶם, id docent Chald. et Alex. cum Arab. qui singularem habent. Pluralem vero Vulg. et Syrus tuentur, ex quo posses suspicari, etiam in Alex. lectionem variasse.

ברכות] Suffixum Versiones omnes ad אררת referunt, ex quo vero simile fit, lectionem בְּרַכְתְּכֶם esse praeferendam, nisi diceres cum DRVSIO suff. distributue esse accipiendum. — ארר docet, haec verba ita esse intelligenda: *immo id iam leuitatis vestrae causa facere institui*. Alex. καὶ καταράσομαι αὐτήν. Καὶ
διασκε-

egestate vos conflictari, diuitiasque vestras
inopiae cedere iubebo; vti id leuitatis ve-
ftrae

διασκεδάσω τὴν εὐλογίαν ὑμῶν, καὶ ἐκ ἔσται ἐν ὑμῖν.
Vulg. *et maledicam illis*, omisit reliqua quae sunt in

Alex. Syrus totum locum omisit. Arabs: **وَأَبْطَلُ**
بِرُكَّتِكُمْ et *annihilabo benedictionem vestram*, omisis

prioribus quae sunt in Ebraeo et Alex. Mihi de hac di-
uersitate sic videtur. Verba, **וְאָרְוִתִי אֶת-בְּרִכּוֹתֵיכֶם**
וְגַם אֶרְוִתִּיהָ vel interpres aliquis vel ipse Symmachus
explicauit verbis *καὶ διασκεδάσω — ὑμῖν*: quae im-
peritior librarius, cum in margine inueniret adscripta,
in textum intulit: quod cum animaduenterent factum
esse alii, mox verba, *καὶ καταρ. αὐτήν*, cum verbis
καὶ ἐκ ἔσται ἐν ὑμῖν missa fecerunt, qualem lectionem
expressit Arabs: mox verba tantum *καὶ διασκ. — ὑμῖν*
omiserunt, quod Vulg. testatur. Nam pleraeque con-
fusiones eiusmodi, vt supra monui, ortae sunt ex eo,
quod reliquorum interpretum graecorum verba, saepius
per negligentiam, saepe etiam consilio, (vbi nempe
lacuna deprehendebatur in Alex. qualem videtur Syrus
inuenisse, qui locum omisit:) textui graeco inferren-
tur. — Caeterum ex supradictis, vides non necessa-
rium esse cum HOUBIGANT. pro **וְאָרְוִתִּיהָ** rescribere
אֶרְוִתִּים. Nam Verss. omnes legerunt suffix. singul.
adeo, vt, si quid sit corrigendum, **בְּרִכּוֹתֵיכֶם** legi su-
pra debeat.

[**כִּי אֵינְכֶם שְׂמִים עַל-לֵב**] Ait Deus, se haecenus
iam id facere instituisse, vt detraheret iis benedictionem
suam, quoniam se nil curassent, neque id inprimis egis-
sent, vt rite et sancte eum colerent. Nam verba: **הַשִּׁים**
עַל-לֵב, si casus obiecti non sequitur, vniuersim notant
affectum

strae causa facere iam institui. 3. En enim! perdam sementem, vt decimae vobis deficient,

affectum eius qui de statu suo serio cogitat, opponitur *levitati* animi, conf. Es. 22, 25, 47, 7. Ion. sine necessitate supplet, *timorem mei*. Sed Alex. ὅτι ὑμεῖς ἔτιθεσθε εἰς τὴν καρδίαν ὑμῶν, sic Arab. Vulg. Syrus.

V. 3. [הנני גער לכם את-הורע] Huic commati illustrando aptissima est obseruatio DRVSII et GRO-
TII, Deum, cum nunciasset, sacerdotes priuatum iri re-
ditibus, qui maximam partem constabant ex decimis
maxime frugum, et ex arnis, maxillis et ventriculis
victimarum, nunc ea singulatim docere, his verbis:
הנני גער לכם וגו'. — GROTIUS in hoc peccauit,
quod decimarum mentionem non viderit, quae his
verbis continentur: nam sensum Vers. Alex. optimum
esse iudicauit. Sed videamus de ipsis verbis. גער fere
accedit ad notionem ארר טע, vbi de Deo dicitur. Cum
ב constructum valet *increpare*, cum casu quarto *perde-
re*, *corrumpere*, quod apparet ex Ps. 9, 6. vbi גער et אבר
ponuntur, vt verba idem declarantia, notante DRV-
SIO. Sic גערה vt מארה valent *exitium*, *mala quaeris*.
Graeci dicunt ἐπισημαῖν Sym. ἐμβριμαῖν. — לכם,
Drusius: *vestro damno*. — את-הורע intellige *fru-
mentum*, speciatim *decimas*. Nam ורע de *frumento* di-
citur, Gen. 47, 19. Et docet hoc lingua arabica. Ara-
bes (vt id in multis vocabulis animaduerti) solent no-
tiones vni radici subiectas inter plures radices cognatas
distribuere, hinc נתע est *amplecti*, *studere*, *concu-
piscere*. Ab amplexu itaque נתע, *brachium* dicitur,
vt Ebr. ורע. Atque hinc etiam ורע Ebraeis de *stu-
dio* dicitur. Deinde נתע valet *sementem fecit*, hinc
D נתע

ciant, atque (loco redituum) e victimis
vestris

سَرْعٌ est *semen, seges*, et in Corano etiam de *prole* legitur, vt *σπέρμα* et ebr. ורע. Iam verborum sensus is est: *perdam sata Iudaeorum; immittam aruis sterilitatem, adeo vt decimae vestrae (hoc innuit לכם) imminuantur vel omnino deficient.* Iam de Versionibus. Videtur in quibusdam codicibus lectum fuisse ורע pro ורע quam lectionem, vt dixi, GROTIUS praefert. Nam respexit ad *armos* victimarum, qui redibant ad sacerdotes, vide Leu. 7, 32. Deut. 18, 3. Sic ורע de *armo*. Num. 6, 19. 20. Hinc Alexandr. interpr. ἄφροζω ὑμῶν τὸν ἄμρον, quod Arabs reddit

أَفْرَزْتُ لَكُمْ (aphrezo quasi ipsum ἄφροζω) *separare vobis*, s. *adimo vobis dextrum, sc. armum.* Vides autem in codicibus quibusdam lectum fuisse גרע pro גרע. Nam גרע est ἄφροζω pro quo in decem locis Alex. habent ἄφραφέω. Neque tamen cum HOVBIGANTIO possum de sanitate lectionis nostrae dubitare. Ea enim, quamvis Vulg. *proiiciam vobis brachium*, habeat, tamen et sensum egregium dat, et praeterea Syri et Chaldaei autoritate confirmatur. Nam hic נוף לכון בעללה בר ורעא, *increpo vobis prouentum e semine*; Ille vero:

אֶפְרָזְךָ אֶפְרָזְךָ אֶפְרָזְךָ *increpo semen terrae.* — Aqu. etiam legit ורע: ἄφροζω ὑμῶν σὺν τῷ βραχίονι, vt solet originum sectator.

פרש sunt excrementa, a פרש, Syr. Aeth. Arab. et Chaldaeis usitatissimo. Videtur et pharasch affine esse graeco φράζειν et μεταφράζειν — פרש חגים sunt excrementa videti-

vestris (accipiendorum,) excrementa (earum)

victimarum. Nam חגים sunt certe *festiuitates*, cum חגג sit *sacra peragere*, *festo laetum interesse* et adeo *gaudere*, vnde et Arab. حَجَّ, est *celebrare festum* et cognatum حَجَّ laetari, Syr. חַגְגָּ *festum celebrare*. —

Sed h. l. חגים *victimae* dicuntur, quia eas solebant diebus festis immolare, vid. Ps. 118, 27. Exod. 23, 18. Ies. 29, 1. vbi est, *festa mactare*, pro, *victimae*. Hinc et παχα pro *sacrificiis paschalibus* ponitur. — זרה, cui respondet Aeth. ረገጋ et Arab. رَجَّ, est *primum ventilare*, لِيَكْمَأَنَّ, deinde *uniuersim spargere*, aut *sparsum proiicere*, σκορπίζειν, διασκορπίζειν. Videtur etiam olim in usu fuisse *notio contemnendi et irascendi*, quoniam τὸ *proiicere* est *contemnentis vel irascentis*.

Certe Arab. رَجَّ, et Syr. רָגַג, id satis docent. —

ל-פניכם est nihil aliud quam לכם, *sensus loci nostri is est: Excrementa victimarum vobis proiiciam, i. e. hoc habebitis auari homines! nempe pro maxillis et ventriculo excrementa accipietis, i. e. nihil! sed Grotius ipsum ventriculum intelligi vult, cui adhaerent faeces.* At hoc mihi non placet, quia tunc *sensus esset minus aptus: proiiciam vobis ventriculum vestrum auari homines! habete quod vultis!* Alex. καὶ σκορπιῶ ἔνυσρον ἐπὶ τὰ πρόσωπα ὑμῶν, ἔνυσρον ἐορτῶν ὑμῶν. Sic Vaticanus, sed Alex. vitiose: ἐορτῆς. Sic fere Syr. et Arabs. Vulg. alterum ἔνυσρον omisit: *dispergam super vultum vestrum stercus solemnitatum vestrarum.* — Aqu. ad verbum: *λικμήσω κόπρον ἐπὶ πρόσωπα ὑμῶν, κόπρον ἐορτῶν ὑμῶν.*

rum) vobis proiiciam, vt sapere discatis:
4. vtque animaduertatis, ad vos etiam per-
tinere

[ונשא אתכם אליו] Locus valde obscurus. Aliqui
ita: *quisque Iudaeorum portabit illa ad se*, (nempe ex-
crementa) h. e. recusabitis quidem hanc conditionem
accipere, sed cogemini eam accipere. Male. GRO-
TIUS: *stercus capiat vos ad se*, i. e. reddet vos totos
stercoreos: quam expositionem iure suo praefert isti,
quae habetur in scholiis Ebraicis: *contemptus nominis
mei adducet vos ad istum contemptum*. MUNSTERVS:
extollet vos ad se, i. e. moriemini in peccatis illis ve-
stris, quae impie committitis in ministerio meo. Vulg.
adsument vos secum: Alex. καὶ λήψομαι ὑμᾶς εἰς τὸ αὐ-
τό, Vatic. ἐπὶ τὸ αὐτό, ac si esset ΝΩΝ. Sequitur
eos Syrus et Arabs; nisi quod habeant בַּי in eo s. *per il-
lud*, hoc fere sensu: *tollam vos per illud*, i. e. perdam.
Chald. *prohibebitur pars vestra ab eo*, ac si esset in
Ebraeo: וְנָשָׂא חֶלְקְכֶם מִנָּה, sensu certe aptissimo.
Video autem superesse hanc rationem, vt dicas, תָּנַשׂ
וְלִי פְלִנִי, *ferre aliquem ad se*, esse, ad aliam mentem
*reducere, efficere, vt quis serio rem cogitet, animaduertat-
que ad id, quod antea neglexerat: zu sich bringen*: deinde
vt וְלִי ad se, dictum accipias pro וְלִי אֲדָנִי ad
vosmet ipsos. Nam Ebraei, primae et secundae per-
sonae saepe subiungunt verba aut pronomina personae
tertia, vt Matth. 23, 37. Ἰερουσαλήμ, Ἰερουσαλήμ, ἡ
ἀποκτείνουσα τὰς προφῆτας καὶ λιθοβολῶσα τὰς ἀπε-
σταλμένους πρὸς αὐτήν pro σε. Sic h. l. וְלִי אֲדָנִי
וְלִי, *hoc feret vos ad se*, i. e. haec ignominia, cum tanta
egestate, *efficiet, vt culpam agnoscatis, vosque stolide
egisse, intelligatis*. Confirmatur haec explicatio ver-
bis, v. 4. וְדַעְתֶּם וְגו'. Et lege Luc. 15, 17.

V. 4.

tinere conditiones illas, quas Leuitis olim proposui, eo fine vt ratum illis illibatumque maneret foedus meum. — ait Ioua dominus vniuersi.

V. 4. וידעתם כי שלחתי אליכם את המצוה] Nempe e poenis diuinis, quibus Deus vexaturus erat impios sacerdotes, discere olim debebant, etiam ad se pertinuisse istas leges de recte colendo Deo deque poenis iis, quas Moses nunciauerat foedifragis, et quae repetita leguntur supra v. 14. — Ergo verba, כי שלחתי אליכם ita sunt intelligenda: *ut intelligatis, sentiatis, quod ad vos pertineant istae conditiones foederis leuitici, quas manifestavi publiceque proposui per Mo- sen. Scilicet ad vos misi est, i. q. ad vos pertinent quae misi.* Vide Num. 8, 14. 18, 49. Nempe foedus cum Leuitis erat huius argumenti: Deus ipsis tradiderat sacra administranda, hac conditione, (המצוה) hac lege, vt si sacra rite administrarent eumque colerent caste, omnis generis felicitas eis contingeret; sin minus, grauissimis malis punirentur, ipsaque hac dignitate tandem priuarentur.

] להיות בריתי את-לוי אמר יהוה צבאו] Proposui vobis illud foedus, non quasi ludendo, sed eo consilio, vt — — הוה ברית יהוה אתו, Ebraeis valet: *foedus Iouae constanter obseruauit*, adeo vt הוה, sequente את, sit *ratum et illibatum manere* — לוי sunt i. q. בני לוי *Leuitae, posteri Levi.* Hinc Alex. τῶ εἶναι τὴν διαθήκην μὲ πρὸς (melius esset μετὰ vt v. 5.) τῶς λευίτας. *Legerem πρὸς τὸν λευί.* Nam pluralis procul dubio e Symmachi versione originem traxit. Certe Vulg. et Syrus *Leui* habent. Arabs vitium recentius secutus est. — Aqu. *συνθήκην.*

vniuersi. — 5. Et mansit etiam illis illibatum foedus meum; (cui annexae erant omnigenae

V. 5.] בריתי היתה אתו החיים והשלום Iam comparationem instituit Deus. Posteriores Leuitarum illibatumque habuerunt foedus meum, sed vos v. 8. etc. Ergo אתו referri debet ad Leuitas. Et verba, החיים והשלום, pertinent ad ברית, ita, vt verba accipienda sint hoc modo: בריתי היתה אתו, ברית החיים והשלום. Est autem *foedus vitae et pacis*, foedus, quo Deus promiserat Leuitis omne genus *verae* felicitatis atque bonorum. Puto autem ה inferre notionem τῶν *verae* — חיים autem, vt ζῶν in N. T. de *felicitate et beatitudine* dici quem fugit? Oppositum est מות, θάνατος: Adeo vt ζῶν αἰώνιος verti debeat, *beatitas aeterna*, non *vita aeterna*, conf. Deut. 30, 19. החיים והמות נתתי להם לקללה ולקללה *trado optioni tuae felicitatem et exitium, bona et mala*. Et ipsum חיות est vel *felicitatem esse*, vel *de sua felicitate gaudere*, vt Ps. 22, 48. Piel: *reddere salutem, florere iubere*, opp. חיות המית *miserum esse iubere*. Vide Ies. 30, 4. vbi חיות Alex. σώζειν reddunt. Haec per analogiam linguarum mirum in modum confirmari possent. Nam Chald. חיה, Syri ܚܝܐ, Aeth. ሕይወት, et Arab. حيّ dicunt pro *florere*. Hinc Arabes, quia solebant regibus recens creatis acclamare illud, حيّك الله, ideo حيّ dicere coeperunt pro *regem creare*. Et حيا ipsi est *vbertas anni*, quia حيّ vniuersim est *bene se habere, florere*. Neque difficiliter erit ostendere שלום dici Ebraeis pro *sine bonorum, bonisque omnibus*. Sic רב שלום Ps. 37, 11. est *summa*

genae felicitatis promissiones, sub ea conditione, vt me sancte et caste colerent magna-
que

summa bonorum omnium abundantia. Hinc Arab. $\mu\lambda\omega$
bene precari, salutare, et $\mu\lambda\omega$ ⁵⁰ incolumitas, salus. Quo-
niam vero bona summa huius vitae sunt, pax quoad cor-
pus, et tranquillitas quoad animum, hinc שלום , cum
de pace et concordia, tum de tranquillitate, dici coepit,
vt $\epsilon\iota\eta\eta\eta$ in N. T. — Vulg. *Pactum meum fuit cum eo
vitae et pacis.* Sic et Alex. vnde Cod. Tol. male om.
meum; et pro vitae et pacis, hab. vita et pax.

חיים Suff. ם.] ואתנם - לו מורא ויראני
והשלום, et לו ad posteros Leui. Deinde תת h. l. non
est dare, sed polliceri vt $\delta\iota\delta\acute{o}\nu\alpha\iota$ passim apud Graecos.
Denique מורא dictum est pro למורא , adeo vt condi-
tio promissi significetur. Verbum vero, ויראני , more
Ebraeorum additur $\epsilon\mu\phi\acute{\alpha}\sigma\epsilon\omega\varsigma$ causa. HOVBIG. ו a
 ויראני abesse vult, ita vt legatur ויראני , quod
etsi sensum egregium suppeditet, tamen auctoritate ve-
terum non confirmatur. Neque eam emendationem
contextus valde efflagitat. — De ירא vide supra 1,
14. h. l. valet *religiose colere, sacra rite administrare.* —
Sensus est: Leuitae etiam illibatum tenuere foedus il-
lud, quod cum felicitatis omnigenae promissionibus
coniunxeram, sub ea conditione, vt me religiose et
studiosissime colerent, etc. Sed apud vereres lectio
profecto variauit, sensu tamen parum mutato. Lege-
runt ואתן pro ואתנם . Chald. *dedi ei doctrinam legis
perfectam vt me timeret.* Quamuis e versu sequ. תורה
 אמת ante oculos habuerit cum טו מורא redderet, tue-
tur tamen lectionem ואתן . Sic Alex. $\mu\gamma\acute{\iota}$ $\epsilon\delta\omega\kappa\alpha$ $\alpha\upsilon\tau\acute{\omega}$
 $\epsilon\nu$ $\phi\acute{o}\beta\omega$ $\phi\omicron\beta\epsilon\iota\delta\omicron\mu\alpha$ $\mu\epsilon$: manifeste leg. ואתן לו . Vulg.
dedi

que religione ad sacra accederent.) 6. at-
que tradiderunt doctrinam puram populo,
nihil

dedit ei timorem et timuit me, Arabs pressius ad graec.
dedit ei ^{بِخَوْفٍ} ^{لِيَخَافَنِي} *in timore ut me time-*
ret. Equidem lectionem ^{וַתֵּן} tanquam constructioni
ebraeae aptiorem non praefero, cum et Syrus vulga-
rem tueatur, quem suspicor legisse in Alex. ^{καὶ ἔδω-}
^{κα αὐτὰ αὐτῷ φόβῳ φοβεῖσθαι με}, hoc est: *Atque*
promiseram ea, i. e. ^{החיים והשלום}, *illi, timori*, i. e.
in timorem, me timere, i. e. *ut me timerent.* Et faci-
le ^{αὐτὰ} poterat excidere, quia sequebatur ^{αὐτῷ}.

Haec verba idem declarant,
quod praecedentia. Modo ^{נחת} fortius est quam ^{ירא}.
Nam ^{נחת} est *expauescere*. Arabes (vt solent verba
^{ע' ע' ebr.} cum verbis ^{ל' ל'} et ^{ל' ל'} permutare) dicunt ^{خني}
fractus fuit moerore, et ^{خنا} *expauit*. Indicat vero ^{נחת}
eiusmodi reuerentiam, quae efficit, vt poenae inobe-
dienti indictae tibi semper ante oculos sint. Talem
reuerentiam, (qua quis male sibi ominatur, conspecta
irae quadam significatione,) vt ne syderibus tribuant,
Iadaei monentur verbis ^{אל תחתו}, Ier. 10, 2. Qua-
propter GROTIUS phrasin, ^{נחת מפני שם יהוה}, egre-
gie sic explicat: *magna cum religione accedere ad sacra.*
Lege locum huc pertinentem, Exod. 19, 22. — Alex.
^{καὶ ἀπὸ προσώπου τῆς ὀνόματός μου σέλλεσθαι αὐτόν.}
Syr. et Arab. fere vt Vulg. *pauebat*. Cod. Tol. ma-
le: *pauebit*.

V. 6. ^{תורה אמת היתה במיהו} Posito hoc, sa-
nam esse lectionem versus praecedentis, verba ^{החיים}
vsque ^{הוא} in ^{παρενθέσει} sumenda, et haec: ^{תורה}
^{אמת}

nihil falsi adminiscentes; et vitam mores-
que suos mihi probare pie atque ingenue
studue-

היתה, cum illis v. 5. בריתי היתה, connectenda
sunt. — תורה notat *uniuersam doctrinam diuinam*,
vt νόμος in N. T. vt docet ὁ ΠΑΝΥ in institutione
interpretis N. T. p. 145. Caeterum ea quae viri docti
de hac voce notarunt, egregie repetiit nuper D. CRV-
SIVS in duobus programmatibus, adeo vt facile vbe-
riore ad hoc verbum annotatione possimus superse-
dere. — Iam תורה אמת est, docente DRVSIO,
doctrina diuina, quatenus aliis traditur *pura et integra*,
neque contaminata, et permista commentis ingenii
humani. Phrasis היתה בפיו תורה valet: *docet, tra-*
dit doctrinam.

עולה est pr. ἀδικία,
Nam Arab. ساج valet *declinare* a iusto, diciturque de
iudice qui *propendet* in alteram partem. Hinc ענה est
pr. *deflectere* ad tortuosa, *recta non ire*, et vniuersim, *per-*
uerse agere, adeo vt opp. תשר *recta ire*. Deinde est,
iniquum esse. Sed h. l. עולה opp. תה אמת ita vt no-
tet *leuitatem, mendacia*; quod docet Chald. qui שקרא
habet. Ex quo intelligi potest cur voc. ἀδικία in N.
T. significet *mendacia*, vt Rom. 1, 18. vbi opp. תה אלה-
תים — אמת *inueniri*, Ebraei dicunt pro היות, vt
εὐρίσκεισθαι, Luc. 9, 36. conf. Esther. 1, 5. — שפתים
h. l. i. q. פה. Vtrumque membrum idem declarat.
Alex. νόμος ἀληθείας ἦν ἐν τῷ σώματι αὐτῶ, καὶ ἀδι-
κεία ἔχ' εὐρέθη ἐν χείλεσεν αὐτῶ. Reliqui idem. GRO-
TIVS: docebant, ait, populum legi congruentia: ni-
hilque ad suum quaestum comminifcebantur.

הלך [בשלום ובמישור הלך אתי
N. T. valet *sequi, studere, viuere*. הלך עם א-ת-פלני
D 5 בשלום

studuerunt; multosque ab impietate auocarunt. 7. Hoc enim ministrorum Dei est, ut inuigilent doctrinae puritati, paratique sint

בשלוֹם est, *uiuere cum aliquo ita, ut amicitiam colas.* Nam שלום (vid. sup. p. 54.) dicitur de amicis sibi inuicem bene cupientibus, vnde Arab. ⁵⁰سَلِيمٌ de *animo sincero* adhibetur. Deinde במישור valet *sincere, sine furo et simulatione.* Nam ישר proprie de *via* dicitur: et valet: *planum, rectum esse*, opp. עקל et עורל, *toruoso*: deinde, ad hominem translatum, notat *integrum esse, pium et sincerum.* Mox etiam, de fatis hominum dictum, valet *prosperare uiuere*, vt Arab. بِمَيْسَرٍ *facilis, expedita fuit res*, c. II. *prosperauit.* Iam phrasin *ambulare cum Deo esse, vitam Deo probare, parere Deo, quem fugit?* Ergo sensus est: *gessit se vere pium aduersus me.* Alex. ἐν εἰρήνῃ κατεσθύνων ἐπορεύθη μετ' ἐμῶ. Syr. vt Arab. ⁵⁰لَوَّامٌ aduerbialiter. Sed Vulg. *in pace et in aequitate.* Chald. — קרמי coram me: nam נת, in hac phrasi, cum לפני promiscue ponitur.

עון est *vniversim impietas*, opp. צדקה *pietas, recte facta.* Sic Dan. 12, 3. הצדיק השיב מעון רבים est, *ad recte facta compellere.* Itaque השיב מעון est, *auocare ab impietate.* Alex. καὶ πολλὰς ἐπέστρεψεν ἀπὸ ἀδικίας, forte legendum ἀπέστρεψεν. Sic certe Vulg. Syr. Arab.

V. 7. כי שפתי כהן ישמר דעה ותורה יבקשו h. l. *accipe de ministris Dei vniversim*, cf. C. 1, 6. et ישמר redde, *custodire debet*, quam vim Futuri docui ib. — דעה est h. l. *notitia rerum diuinarum*,
vt

sint responsa dare, consulentibus eos de lege institutisque Dei: nam sunt ministri Iouae qui dominus est huius vniuersi. 8. Vos vero non modo

vt saepe γνώσις in N. T. conf. Rom. 15, 14. 1 Cor. 1, 5. — Custodire legem vel scientiam legis dicuntur ii, qui diligenter eam obseruant. Sed cum addatur h. l. שפתי, valet, ita tradere doctrinam vt nihil detrimenti capiat eius puritas. Alex. ὅτι χεῖλη ἱερέως φυλάσσεται γνώσιν. Sic Vulg. et Arabs. Sed Syrus mire: quamuis non male: נגז stillabunt, i. e. propullare facient veluti e limpido fonte, i. e. puriore doctrina pectora mulcebunt. Sic נקש Ezech. 21, 2. Micha 2, 6. II. — בקש h. l. est consulere, sic, בקש יהוה, est consulere Deum, Ex. 33, 7. et יבקשו dicitur impersonaliter, vt יסגרו 1, 10. consulentur, i. e. consuli debent, siue ad consilia danda parati sunt. Hinc בקש תורה מפי מלני valet: consulere aliquem et rogare, vt sententiam dicat de capite quodam religionis atque instruat, quomodo capiendum sit hoc vel illud Dei oraculum. Lege omnino Leu. 10, 10. II. Ezech. 44, 23. Alex. καὶ νόμον ἐκζητήσασιν ἐκ σώματος αὐτῶ. Chald. הורא doctrinam.

est Legatus, minister Dei, quod docet Jonathan, qui מלך reddit משמך. Sic et ἄγγελοι in N. T. saepe de legatis et ministris Dei quibusuis, accipiendi sunt, vt Matth. 24, 31. et vide quae infra dicemus ad 3, 1. — הוה redde, est, vt Alex. scite: ὅτι ἄγγελος Κυρίου παντοκράτωρος ἐστίν, sic Vulg. Syr. Arab. Alii hic reddunt, ponique putant hic pro talis, sed poteris vtramque sententiam conciliare, si reddis: talis est, i. e. sunt, merito habentur.

V. 8.

modo non imitati estis instituta moresque maiorum, sed etiam multos auocastis a praeceptorum diuinorum obseruatione, atque hoc modo foedus Leuiticum (turpiter) violaſtis —
ait

V. 8. [וַאֲתֶם סַרְתֶּם מִן־הַדֶּרֶךְ] Postquam laudauerat maiorum ſanctimoniam, ſuae aetatis ſacerdotum leuitatem carpit: — דֶּרֶךְ, quamuis ſit vniuerſe, *mores, instituta*, tamen h. l. הָּ indicat *instituta maiorum* ante laudata. Iam מִן־הַדֶּרֶךְ סוּר GROTIUS reddit: *ab institutis maiorum defleſtere*. Alex. ὑμεῖς δὲ (τὸ ἰ̄ ſcite δὲ) ἐξεκλίνετε ἐκ τῆς ὁδοῦ. Sic reliqui.

[הַכְשִׁיל רַבִּים בַּתּוֹרָה] כֹּשֵׁל est pr. *pede offendere, stolpern, προσκόπειν, πλῆθειν*, inde *labi*, et adeo *interire*. Deinde resp. gr. *σκανδαλίζεσθαι, auocari a bono, vel adeo peccare*. Hinc Aquila et Sym. h. l. ἐσκανδαλίσατε. Scilicet *הכשיל* est *σκανδαλίζειν, auocare a bono, facere vt quis peccet, seducere*, inde intelligis vſum horum verborum in N. T. Sed Alex. ἠθρονήσατε: ſic Arabs. Sed cum Vulg. habeat *ſcandalizaſtis* et Syrus: ipſum ebr. *שִׁבְּרָה* non inepte coniecteris, lectionem ἠθρονήσατε Theodotionis vel alius eſſe. — Caeterum Syrus, pro ב, *כ* habet. — Iam *הכשיל* בְּלִנִּי בַּתּוֹרָה est: *facere, vt quis, partim male interpretando, partim male agendo, violet leges diuinas e. g. vt victimas egregias non offerat etc.*

[שַׁחַתְּם בְּרִית הַלְוִי אֲמַר יְהוָה צְבָאוֹת] ברית, a *ברו*, Arab. *جرأ caedere ſecare, aſciare*, quia veteres tum, cum foedus facerent inter ſe, immolare ſolebant victimas quae adeo caedi debebant. Sic apud Homer. *ὄρκια τέμνειν*. Conf. Gen. 15, 10. vbi Abrahamus foedus
8 V dus

ait Ioua dominus vniuersi. — 9. Itaque vos etiam adducam in summam omnium Iudaeorum contemtionem, propterea quod non inuigilastis institutorum meorum obseruationi,

us cum Deo ferit *diffecatis* pecudibus. Atque hunc morem Chaldaeis fuisse sancienti fidem, tradit CYPRIANVS aduersus Iulianum. LIVIVS cap. 39. *Caput mediae canis praecisae et, prior pars ad dextram cum extis, posterior ad laeuam viae ponitur: inter hanc diuisam hostiam copiae armatae traducuntur.* PLUTARCHVS quaestionibus romanis: Βοιωτοῖς δημοσία κατάρμοσ ἐστὶ, κυνὸς διχοτομηθέντος τῶν μέρων διεξελθεῖν. — Iam תחַו est φθείρειν, λυμάνειν, deinde omnino καταστρέφειν, denique sensu morali ἀνομεῖν. Itaque תחַו בריח peccare contra foedus, violare — תחַו ה' leuiticum. Alex. καὶ διεφθείρα, quod recte ed. Breiting. in marg. relegauit, resumta e Vat. lect. διεφθείρατε τὴν διαθήκην τῆς λευί. Sic fere reliqui.

V. 9. — וגם אני נתתי אתכם נבויים ושלמים לכל. — τῶν opp. [העם] sunt *homines contemti*. — τῶν opp. כבד, cum contra oppositum τῶν ἑστὶ sit ἴσος. Hinc ἴσους sunt vel bono sensu ταπεινοί *modesti*, vel malo, *abiecti*, aut ἀχρεῖοι vt Theod. habet, 2 Reg. 6, 22. — נתתי malletm *dabo* reddere quam *dedi*. Poni autem תחַו, vt δίδωμαι, pro *reddere, facere*, notissimum est. Deinde ἴσους-העם sunt, non *Barbari*, vt sensisse videntur Alex. sed *Iudaei*, quod non modo ה sed ipsum etiam voc. עם indicat, quod ita nunquam de Barbaris dici solet apud Ebraeos. Neque opus erat sacerdotes in contemtionem Barbarorum induci, cum iam ab iis contemnerentur. Alex. καὶ δέδωκα ὑμᾶς ἐξεδεναμένους, καὶ ἀπερξήμενους εἰς (quo hoc loco τὸ ἑ inapte expriment)


uationi, sed potius ea hominum votis aptare sustinuitis.



10. Nonne eundem gentis nostrae Patronum atque autorem veneramus Deum?
Cur

munt) πάντα τὰ ἔθνη, leg. לכל-העמים quam lectionem Vulg. Arab. et adeo Ionathan tuentur. Sed Syrus singularem habet.

כפי אשר אינכם שמרים את-דרכי ונשאים פנים
Alex. docent quid sit אשר כפי, cum reddunt
ἀνθ' ὧν eo quod, vt Luc. I, 20. — אדם דרך sunt vi-
ta et fata, sed יהוה דרך sunt instituta, praecepta. Et
שמר h. l. est non solum obtemperare praeceptis Dei,
sed etiam curare vt seruentur a multitudine. Iam quid
sit שאת פנים supra diximus, v. 8. Ergo שאת פנים
בתורה erit partium studio deditum esse in explicatione
legis. GROTIUS: ad potentium vota aptastis senten-
tias. Respicitur, vt puto, maxime ad repudia et ma-
trimonia cum hominibus Barbaris. — Alex. ἀνθ' ὧν
ὑμεῖς ἐκ ἐφυλάξατε τὰς ὁδούς μου, ἀλλ' ἐλαμβάνετε
πρόσωπα ἐν νόμῳ. Sym. eleg. ἐδυσυπειῶτε πρόσωπα
ἐν νόμῳ.



V. 10.] הלוא אב אחד לכלנו הלוא אל אחד בראנו
Mos ille turpissimus, quem Deus Exod. 34, 16. Deut.
7, 2. 3. seuerè interdixerat, Malachiae tempore adeo
inualuerat, vt nemo religioni sibi duceret, foeminas
Barbaras vxori legitimae adiungere, eamque posthabere
illis, et adeo vexare eam atque premere. Huius scele-
ris, noua oratione, Propheta populum verbis Dei ar-
guit. — אב DRUSIVM et GROTIUM de Iacobo in-
telligere miror. Nam primum Deus supra I, 6. hoc
nomine

Cur autem omnem humanitatem (ac si id nesciremus) abnegamus inuicem, et hoc modo

nomine insigniebatur, deinde analogia membrorum requirit, ut idem subiectum intelligatur in propositione priori quod in posteriori, et vice versa. — Sed vide quae supra de **אב** diximus. — **ברא** GROTIUS ita: *Formauit nos in populum, educendo patres nostros ex Aegypto.* Ita **ברא**, Es. 43, 1. Ps. 102, 19. Nec dubito an recte. Certe laudata loca hoc volunt. Videtur h. l. **אב** *patronum*, **ברא** *auctorem gentis* indicare. Alex. **ἐχὶ Θεὸς εἰς ἔκτισεν ἡμᾶς, ἐχὶ πατὴρ εἰς πάντων ἡμῶν**; Sed Vatic. habet membra inuerso ordine; ut olim legit autor Vulg. et Syrus. Arabs tamen iterum vitium recentius tuetur. Jonathan ad Ebr. accedit.

[**מרוע נבגר איש באחור** Qui **נבגר** pro Niphal habent, ii, **בגר** Niphal non habere, ignorant. Nam primum nunquam in Niphal legitur, deinde verba *conspirandi*, teste CAMIO, Niphal et Paul non habent. Est autem **בגר** *fidem fallere*, diciturque potissimum de *subditis* parere nolentibus; de *coniugibus adulteris*; de *hominibus in Deum impiis*; de *foederatis foedifragis*; denique de *crudelibus*, i. e. iis, qui vincula humanitatis laedunt legesque naturae violant. Sic de *crudelissima actione* legitur Exod. 21, 8. Similis *crudelitas* erat haec, si qui uxori Iudaicae Barbaram adiungeret, illamque, hanc praehabendo, premeret atque vexaret, cuius rei accusantur hac oratione Iudaei. Ergo h. l. **מרוע נבגר** erit: *cur omnem humanitatem abnegamus?* Neque est quod mireris primam personam. Nam prophetae saepe peccata populi in prima pluralis enumerare solent. — Nec minus notum est **איש** et **אחור** ubi inter se referuntur, significare *alter, alter*, et quidem in utroque genere.

modo foedus a maioribus nostris sancitum violamus? II. Certe enim violant iura humani-

ner. Sed miror tamen *PRUSIVM* id neglexisse, dum, *potuisset*, inquit, *dicere*, sororem suam, (*intellige uxorem Iudaicam*) *sed elegit*, in fratrem suum, *propter parentes uxorum quas duxerant*, qui cum Iudaei essent, merito eos *vocat fratres eorum*; — Grotius vero sensum omnino deseruit, cum ברג de iis intelligi vellet, qui foenore pauperes opprimunt, respicique ad Neh. 5, 3. 4. Nam ברג de talibus nunquam legitur. Et totus orationis nexus repugnat. — Alex. τί ὅτι ἐγκατελίπετε (quae lectio variauit olim. Nam Vulg. legit ἐγκατέλιπε, Syrus vero rectissime, ἐγκαταλίπομεν) ἕκαστος τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ. Autores Vers. Alex. alias, ubi exprimere volunt τὸ ברג voc. ἐγκατ. non vtuntur. Proprium est autorum Versionis Alex. ei, qui nostrum prophetam transtulit. Alias ἐγκατ. resp. τῶν ברג *deserere*. Quare sensum Alex. h. l. bene expresserunt. Vulg. inepte: *despicit*. Nec tamen aliud verbum legisse censendus est, quia fere semper ita reddit τὸ ἐγκατ. — Arabs sequitur Alexandrinos.

וְהָיָה בְרִית לְלֵלָה] Vide supra I, 9. de ללל — Dicitur autem foedus iouae *profanari*, quando negliguntur praecepta, quae vi foederis seruari debebant. Respicitur h. l. primum ad ea vniuersum, quae in scriptis Moſis, de amore proximi siue humanitate praecipuntur, deinde speciatim ad leges, matrimonii iura sancta inuiolataque esse iubentes. Alex. τῶν βεβηλωσάντων (nam id solent Alex. facere, vt ἡ inf. per τῶν exprimant; alibi passim per εἰς τὸ) τὴν Διαθήκην τῶν πατέρων ὑμῶν; Rescribe ἡμῶν 1) quia Vulg. et Syrus legit ἡμῶν. Certe Cod. Fol. habit *nostrum* etsi ed. Basil. Entenii

manitatis atque turpissimum facinus committunt Israelitae et adeo Hierosolymitani. Scilicet

Entenii habeat *vestrorum*. 2) Quia supra suspectum erat ἐγκατελίπετε, et forte rescribendum, ἐγκαταλίπομεν. Caeterum fidem lectionis vulgaris, et Chald. tuetur. Sed Arabs omnino sequitur Alexandrinos.

V. II. בגדה יהודה ותועבה נעשתה בישראל
]ובירושלם h. l. non minus, quam antea, de vxoribus posthabitis maleque tractatis accipi debet. — תועבה mox de abstracto mox de concreto adhibetur. h. l. de concreto dictum, *facinus nefarium et turpissimum* notat, βδέλυγμα, Apoc. 21, 27. — עשות, vbi nominibus additur qualitatem significantibus, per verbum nominis efferi debet, vt, עשות צדקה, *pium esse*, עשות עון, *impium, sceleratum esse*. Sic in N. T. ποιεῖν; vt, ποιεῖν δικαιοσύνην etc. Sic תועבה עשות *turpem, facinorosum esse*, vel adeo, *facinus committere*. — יהודה et ישראל designant idem, nempe *Iudaeos* sine discrimine omnes. In aliis scriptis ישראל, regnum Israeliticum, et יהודה, ciues regni Iudaici distinguebat: sed apud scriptores post captiuitatem desiit ea distinctio, adeo vt ישראל et יהודה promiscue dicerentur: quod etiam hoc loco indicatur per ירושלם. — Το ἰ in]ובירושלם, redde *imprimis*, atque adeo, quae notio tum obtinet, vbi το ἰ praecedit nomen generis et sequitur formae. Alex. ἐγκατελείφθη (pro ἐγκατέλειπε, ac si esset נבגר, quod tamen non puto Alexandrinos legisse. Intelligo passiuum, *deserta est*, sic: *desertionem commisit*. Memini enim me plura videre exempla passiuorum tam inepte ab Alex. adhibitorum) Ἰσδασ, καὶ βδέλυγμα ἐγένετο ἐν τῷ Ἰσραὴλ καὶ ἐν Ἱερουσαλήμ. Sic Vulg. et Arabs. Sed Syrus ebr. sequitur, cum Ionathane

licet se ipsos, tanquam ciuitatem Deo sacram, profanant, dum (sola) libidine ducti,
Deastri-

nathane, qui verba יהורה בגדה יהורה, bene παραφράζει sic:
inique egerunt viri domus Iuda.

כי חלל יהורה קדש יהורה אשר אהב ובעל בת -
DRVSIVS de matrimonio accipit, GROTIUS, de lege et foedere. Mallem ego ipsos Iudaeos intelligere qui, fatente id etiam GRO-
TIO, קדש יהורה dicuntur, vt Ps. 114, 2. Accedit au-
toritas Ionathanis, qui sic: *quia violauerunt Iudaei ani-
mam suam, quae erat sanctificata coram domino.* Certe Iudaei, *se ipsos* profanare dici poterant, matrimonia eiusmodi ineuntes. — אשר vero, Ebraeis non solum nominum sed et verborum *Relatiuum* est, adeo vt *modum* verbi praecedentis exprimat, vt Ps. 95, 12. vbi אשר referendum ad אקוט v. 11. Nam v. 12. describit, *quomodo* Deus fastiuerit populum suum immorigerum, nempe *decernendo*: אשר נשבעתי וגו' — sic multis in locis: sic et h. l. חלל אשר אהב describitur per ובעל. In tali casu אשר reddendum est: *eo quod, quatenus, adeo vt* —. Pro אשר אהב ובעל, potuissent infinitiui poni, hoc modo: חללו נפשותם אהב ובעל וגו' *profanarent se amando et ducendo* etc. Sed inest alius praeterea Ebraismus. Duo enim verba eundem saepe actum notant: vt, השכם ודבר, *assidue loqui*. — קראו מלאו, *clamant implent, i. e. pleno guttore clamant*. Tum quidem interpres videre debet, vt verbum alterum vel aduerbio, vel adiectiuo, vel participio, exprimatur. Iam h. l. אהב vt apud lat. *amare* dicuntur ii, qui *libidine* feruntur. Ergo ובעל est *libidinis explendae causa uxorem ducere*. Nam בעל est *pr. coniugium inire*. Notio *dominandi* accessoria est. Quod docent Arabes, quibus نعت non dicitur, nisi de

de

Deastricolas in matrimonium suscipiunt.
12. Ioua vero eiusmodi facinora patrantes
extir-

de coniugibus, et ⁵⁰ **יָעַר** est *maritus, heros, paterfamilias*. Notionem vero domini cuiusuis inde demum deriuarunt Ebraei. — Denique **בת-אל נכר** est *puella, foemina idololatra, gentilis, barbaras*. Nam **נכר** dicuntur Ebraeis omnes qui Iudaei non sunt, quatenus non sunt. Et **אל נכר** sunt *Deastri, idola*. Hinc **בני נכר** et **אל נכר** promiscue ponuntur, apud Iesaiam et Ieremiam, pro *barbaris*. Lege historiam Esrae 9. et 10. Nehem. 13, 23. — Iam videamus de Versionibus. Alex. **διότι ἐβεβήλωσεν Ἰούδας τὰ ἅγια Κυρίως, ἐν οἷς ἠγάπησε, καὶ ἐπετήδευσεν εἰς Θεὸς ἄλλοτριος**. 1) Verba **אשר אהב** cum Ionathane ad **קדש יהוה** retulerunt. 2) Legisse videntur **אל נכר ובעל** et *sectata est Deastros*. Lectionem vero hanc in antiquissimis, cum Alex. versionis, tum Ebraeorum libris, fuisse, id docent Arabs et Syrus: qui ita: *Profanauit Iuda sanctuarium domini **יְהוָה** potentissimi **וְנִיבַלְוּ** et dilexit coluitque Deos alienos*. Legit ergo, **יהוה צבאות**, deinde **אל נכר**. Sed **אשר אהב** rectius ad **הלל** retulit, vt nos supra docuimus. Sed eheu! Vulg. — *quam dilexit et habuit filiam Dei alieni*. Dicam quid mihi videatur. Puto Alexandrinos re vera habuisse lectionem nostram, et vertisse fere sic: **καὶ εἶχε θυγατέρας Θεῶν ἄλλοτριος**, sed hanc lectionem, (quam Vulg. habuisse ante oculos videtur,) interiisse, lacunamque, Symmachi aut alius interpretis, (qui **אל נכר ובעל** inuenerat) esse expletam. Certe Symmachus amat vt voc. **ἐπιτηδεύειν**, cum contra Alex. eo *nusquam* vtantur.

V. 12. **יכרה יהוה לאיש אשר יעשנה ער וענה**
] **מאהלי יעקב** est primum vniu. **κόπτεω**, quo uti-

extirpabit e patria sua, omninoque gentem
 eorum

tur Aquila Deut. 19, 5. deinde ἀποκόπειν, περιτέμ-
 νειν; hinc, sequ. כ, notat ἀφαιρῆν, auellere, eiicere
 e patria, denique ipsum interitum notat, gr. ἐξολο-
 θρεύειν, ἀπολέσαι, perdere, extirpare. Iam ער וענה
 per prouerbiū est *tota familia*, vt scite MÜNSTER-
 RVS explicat. GROTIUS et DRVSIVS ער de ma-
 gistro et ענה de discipulo accipiunt, quod per se qui-
 dem ferri posset. Sed haec vocabula, coniunctim po-
 sita, respondent germ. *jung und alt*. Chald. h. l. simi-
 li Chaldaismo, בר ובר בר, vsus est. Similes locu-
 tiones sunt: עזור ועזוב *vinctus et liber*, h. e. omnes,
 1 Reg. 14, 10. 21, 21. 2 Reg. 9, 8. — גאליו ורעהו *con-*
sanguinei et amici, i. e. omnes, quocumque modo cum
 eo coniuncti. 1 Reg. 16, 11. Hinc c. 14, 10. והכרתיו
 עזור ועזוב *reddo: extirpabo Ie-*
robeamum cum tota familia et omnibus, ad eum quomo-
documque pertinentibus Israelitis. Ex quo intelligis
 לאיש h. l. non esse accusatiuum, sed indicare Datiuum
 incommodi. Iam, איש אשר יעשה כה, est *is, qui tale*
facinus commiserit. Ergo ad verbum sic redderes: *Io-*
ua exciudet viro, talia patranti, totam familiam. —
 Verba מטהלי יעקב pertinent ad יכרת — מטהל vero
 Ebraeis proprie de *castris pastorum*, Ier. 10, 20. coll. v. 21.
 aut *tentoriis viatorum* Ier. 9, 1. dictum esse constat; sed
 vsurpatum deinde est vniuersim de loco, aut domicilio,
 vbi familia aliqua habitat. Hinc Arab. *ما* notat *lo-*
cum vbi alicuius familia aut domestici existunt. Ergo
 מטהל יעקב h. l. erit ipsa *Judaea*: et הכריתו
 מטהל יעקב, *extirpare, eiicere e patria*. Hinc Chald. scite: *ex*
urbibus Iacob. Confirmatur etiam nostra explicatio
 reliquarum versionum autoritate, Alex. ἐξολοθρεύσεις,
 (Vatic. rectius vt puto, ἐξολοθρεύσεις) Κύριος τὸν ἄν-
 θρωπον

eorum delebit. Neque se victimis ab ira re-
uocari

Θρωπον τὸν ποιῶντα ταῦτα, (scite:) ἕως καὶ ταπει-
νωθῆ ἔκ σκηνωμάτων Ἰακώβ. Quis non mecum suspi-
cetur verba ἕως κ. λ. esse elegantioris Symmachi, qui
Ebraismum deseruit, et cuius verbis lacuna Alex. vers.
expleta est. Hanc itaque coniecturam iuuat primum
conspicua Ebraismi desertio; deinde Vulg. qui *disper-*
det (vt LXX, recte; etsi Tol. non male legat: *disper-*
dat) *dominus* — *magistrum et discipulum de taberna-*
culis Iacob, habet; denique Syrus, qui Syriasmum f.
Chaldaismum substituit: *filium et nepotem*. Arabs au-
tem recentiorem lectionem, vt solet, secutus est. Iam
vero intelligis, superuacaneam esse HOUBIGANTII
coniecturam, qui pro נער ונערה legi vult נער ונערה.
Nam nostra lectio, neque a legibus linguae abhorret,
neque caret veterum autoritate. Vulg. enim per *ma-*
gistrum et discipulum eam satis, vt puto, prodit: adeo
vt Houb. nullo iure statuatur, versiones Vulg. et Chal-
daeam e coniectura natas esse. Neque enim crederem
vett. Versionum autores ex coniectura aliquid posuisse,
sed, vbi ab hod. textu discedunt, aut aliter legisse, aut
paraphrastice exposuisse, aut sensum expressisse.

Plerique veterum interpretum haec verba ad יכרת retulerunt, tanquam ca-
sum quartum. Vulg. *et offerentem munus domino exer-*
cituum, Alex. vero, siue, vt suspicabar supra, Sym.
καὶ ἔκ προσαγαγόντων (ac si esset רמגיש) θυσίαν
τῷ Κυρίῳ παντοκράτορι. Sic et Arabs. Sed Chal-
daeus liberius ita, *si vero sacerdos sit, non erit ei qui of-*
ferat oblationem in domo sanctuarii etc. Et Syrus, de-
prehensa forsan lacuna ista, secutus Chaldaeam, (quod
fecisse videtur, pluribus in locis, in tali casu) reddit:

E 3

et


uocari patietur, — ait Ioua dominus vni-
 uerſi. — 13. Nam cum iſto facinore veſtro
 hoc

et non erit ei offerens etc. ex ſcriptura מַגִּישׁ quam
 HOVBIGANTIVS nulla de cauſa amplectitur. Nam
 ſola veterum autoritas nil efficit, niſi vbi plurium adſit
 conſenſus, et quidem in lectione admodum apta, et
 propter lectionis alterius difficultates exoptata. — Ego
 vero τὸ ἢ redderem, *quamuis*, adeo vt ſenſus ſit:
Quamuis munera magna offerat, (ſunt verba GROTII)
nihil hoc ei proderit. Iuuatur haec interpretatio comma-
 tis ſequentis argumento. — Caeterum vocabula מַגִּישׁ
 et מִנְחָה, ex ſuperioribus nota ſunt.

V. 13. [וְזאת שְׁנֵית תַּעֲשׂוּ] Sunt, qui hoc comma
 ad Sacerdotes eorumque poenas referant, ita, vt illi
 dicantur aram repleturi lacrymis, propterea quod Deus
 nulla ſacrificia ab iis accepturus ſit. Verum primum,
 ſacerdotum nulla plane mentio ſit, in hac orationis
 parte, a v. 10. vsque ad 17. deinde dubito an ſimilis lo-
 cus reperiri poſſit, vbi ad nouae poenae comminatio-
 nem tranſitus fieret his verbis: וְזאת שְׁנֵית תַּעֲשׂוּ. Sed
 nexus orationis iſtius eſt: Reprehendit Iudaeorum leuita-
 tem in ducendis vxoribus Barbaris, idque ait non ſo-
 lum *per ſe* Deo diſplicere, ſed *ſecundo loco* etiam hoc
 mali coniunctum habere, vt vxores Iudaicae, in gra-
 tiam extranearum, tractarentur quaſi mancipia, duris
 operibus premerentur, iuſto victu, veſtitu, concubitu
 fraudarentur. Itaque *dupliciter* peccabant. Primum
 כִּסוּת דַּמְעָה אֶת- — אֱהָב וּבַעַל בַּת-אֵל נָכַר
 וְזאת שְׁנֵית תַּעֲשׂוּ; adeo vt ſenſus verborum, מוֹבַח יְהוָה
 תַּעֲשׂוּ, ſit iſtius: neque vobis id (quod v. 12. dixerat) mi-
 rum videatur. Nam in iſto facinore veſtro aliud quaſi
 et longe grauius continetur, *nempe hoc*, quod hoc mo-
 do

hoc etiam coniunctum est, vt aram Iouae
(vxorum misere tractatarum) lacrymis ma-
defa-

do vxores legitimae ita vexentur premanturque, vt la-
crymis Deum adire cogantur. Alex. hunc locum ita:
καὶ ταῦτα, ἃ ἐμίσην ἐποιεῖτε. Legerunt יתניש (nam
alternant verba 'הל et 'אל) aut, quod magis mihi arri-
det, interpretes quidam, qui in Ebraeo haberet יתניש,
ad marginem Alex. scripsit ἐμίσην, et lineola notauit
lectionem δεύτερον (quam Theod. Vulg. et Syrus expref-
ferunt) ita vt alius imperitior deinde δεύτερον pro de-
lendo haberet, et τὸ ἃ ἐμίσην reciperet, quale exem-
plum secutus est Arabs. Neque minus Chald. τὸ
תניש tuetur cum Aqu. qui, καὶ τῆτο δεύτερον ἐποιεῖτε,
(Theod. ἐποιήσατε,) et Sym. qui καὶ ταῦτα δεύτε-
ρον ἐποιεῖτε.

Ut supra v.
II. sibi respondent אהב — ללח, sic h. l. עשה —
כסו. Nam עשה est omnino *committere facinus*,
quod facinus describitur per כסו: ita vt in infinitiuo
frustra difficultatem quaerant aliqui. Hinc Aqu. Alex.
Th. ἐκαλύπτετε reddunt: Sym. καλύπτοντες optime.
Iam עשה poni pro במעה nemo non videt. Por-
ro כסו במעה idem esse, ac *cogere vxores, ad aram
Dei voluntas, flere, Deumque vindicem implorare*, mani-
festum est. Nam, quamuis aditus ad aram, solis pa-
teret sacerdotibus, vxores tamen istae (ad exemplum
Hannae I Sam. I.) ad *scalas* arae procumbere lacrymis-
que eas madefacere poterant: idque recte dici potest
כסו במעה מובה. — Denique verbis אהב ואת
vis orationis modo augetur. Nam אהב nihil aliud est
quam במעה, lacrymae, nisi quod per אהב saepe, *eiula-*
tus simul exprimi soleat, vt per Arab.  אהב

defaciatis : adeo vt Deus dona, quae ipsi fertis,

vero fletum cum *singultu* et *eiulatu mixtum* indicat, quod docet, Aqu. qui οἰωγήν habet, et Sym. qui οἰωσσήν. Accedit autoritas Alex. et Theodotionis. Sed audiamus omnes singulatim: Aqu. ἐκαλύπτετε δακρύω τὸ θυσιαστήριον, κλαυθμῶ καὶ οἰωγῆ. Legit πβμ pro πηη πβμ. Abfuit etiam πηη a codicibus Th. et Sym. Sed reliqui hanc vocem tuentur. In Alex. hodie haec leguntur: ἐκαλύπτετε δάκρυσι τὸ θυσιαστήριον κυρίως, καὶ κλαυθμῶ καὶ σεναγμῶ ἐκ κόπων. Vulg. *operiebatis lacrymis altare domini fletu et mugitu*. Suspicio, Vulgatae autorem, qui ἐκ κόπων non expressit, aut ante oculos habuisse lectionem Aquilae, aut illud ἐκ κόπων ex falsa lectione πβμ (nam πβ per κόπον reddi solet) ortum, et in quibusdam tantum codd. seruatum esse, eodem modo vt illud ᾱ ἐμίσην. Arabs vero Alex. omnino sequitur, Syrus Ἰδῶ, Δῶ, Ἰδῶ, Δῶ, Ἰδῶ, Δῶ, Ἰδῶ, Δῶ, ac si esset -הני בית יהודה ובכי. Neque tamen credo eum aliter legisse, sed pro מובח (quia hoc ad solos sacerdotes pertinebat) consulto בית *templum* posuisse. Chald. liberius: *operitis — lacrymis eorum qui flent et eorum qui ingemiscunt*. Sym. sensum expressurus ita: καλύπτοντες ἐν δάκρυσι τὸ θυσιαστήριον, κλαίοντες καὶ οἰωσσοῦντες. Theod. ἐκαλύπτετε δάκρυσι τὸ θυσ. κλαίοντες καὶ σένοντες.

מנין עוד פנת לא-המנה ורקת רצון מידכם פנת, vbi de Deo dicitur, idem valet, quod supra, פנת פנת, *beniuole excipere*. Propria notio videtur fuisse, *annuere*; nam Aqu. et Sym. νεύσαι habent. Eodem modo iudicabis de רקת, quod, vt פנת, merus infinitiuus est, quamuis quibusdam inepte dissentientibus.

fertis, beniuole excipere nullo modo possit.
14. Et cur non possit quaeritis? Propterea
quod

bus. Iam תקבל est *suscipere, excipere*, idque eo magis, quando רצו sequitur, quod h. l. est pro ברצו, docente id Chaldaeo, qui habet ברעו. Additur autem מידכם pro מכם, quia ex superioribus repetendum est מנחה, quae sunt pr. oblationes, quae *manibus* feruntur. — Alii רצו de ipsis *victimis quae Deo placent*, accipi volunt, sed similis locus non exstat. Nititur haec sententia autoritate Veterum. Nam Alex. εἰ ἔτι ἀξίον ἐπιβλέψαι εἰς θυσίαν, ἢ λαβεῖν ΔΕΚΤΟΝ ἐκ τῶν χειρῶν ὑμῶν; Illud רצו ad praecedentia retulerunt, ut supra notatum est. Deinde ἀξίον manifeste e margine irrepsit tanquam adiectamentum Glossatoris, qui sensu carere videbat verba εἰ ἔτι κ. λ. Denique εἰ, quod ed. Breiting. habet retinendum puto, quamuis a vers. Arab. nec non codicibus Vaticano et Barberino absit. Vulg. *ita ut non respiciam ultra ad sacrificium, nec accipiam placabile quod de manu vestra*, ac si pro εἰ ἔτι ἀξ. ἐπιβλ. — legisset, ὥσε ἐκ ἐπιβλ. Syrus eodem modo nisi quod pro, *respiciam* — *accipiam*, habeat, *respiciet*, — *accipiet*. Arabs Alex. sequitur. Jonathan ut Vulg. Theod. ἀπὸ τῆς μὴ εἶναι ἔτι προσεγγίζοντα τὸ ὀλοκαύτωμα καὶ λαβεῖν τέλειον ἐκ χειρῶν ὑμῶν: fere ac si legisset, הלך נבחרו pro תקבל תקבל. Rectius Symm. ἀπὸ τῆς μὴ εἶναι ἔτι νέουonta πρὸς τὸ δῶρον, καὶ δεξασθαι τὸ εὐδοκημένον ἀπὸ χειρὸς ὑμῶν. Aqu. ἀπὸ τῆς μὴ εἶναι ἔτι νεῦσαι πρὸς τὸ δῶρον, καὶ λαβεῖν εὐδοκίαν ἀπὸ χειρὸς ὑμῶν, optime!

V. 14 כִּי-יְהוּהָה הַעִיר בּוֹנֵךְ עַל-מַה-לְּמַה
Cur [וְבִין אֲשֶׁר תַּעֲרֹךְ אֲשֶׁר תַּהּ בְּגִתָּהּ בַּהּ

E 5

vero

quod Ioua ipse testis extitit eius solemnitatis,
qua vincula inter te et primam tuam vxo-
rem necebantur, tu vero eam vxorem per-
fida

vero non delectaris sacrificiis nostris? quid est in factio
nostro, quod tanta poena dignum iudicari debeat? —
כי-על *propterea quod* — Sed videamus quid sit העיר.
Qui analogiam linguarum Chald. Syr. Sam. Aeth. Arab.
examinare voluerit, facile intelliget, עיר olim dictum
esse, de *confessu* et *conuentu* cum iudicum, tum aliorum,
in caussa aliqua dirimenda et decidenda occupatorum.
Nam Aeth. ΟΦΡ est *circumire*, *conuenire*, *scruta-
ri*; et ΟΩΡ *confessum*, *senatum* notat. Hinc Ar.
אל c. III. est *insistere*, *examinare*. Ex his, etsi plura
possemus afferre, satis intelligis, quomodo העיר nota-
re coeperit *testes accersere*, *examinare*, vel adeo *testem
agere*. Sed notandum est, hoc verbum speciatim di-
ctum fuisse olim de iis, qui sponsaliis, tanquam testes,
interfunt. Nam vt hoc vnum afferam, Samaritanis
שמדצ est *desponsauit*. Hinc, cum *desponsatio*, in-
ter omnes gentes paullo religiosiores, pro re sacra et
fere iurata fuerit habita, intelligis, cur Deus *testifica-
tus esse* h. l. dicatur. Caeterum עיר, (vt infra חבר)
etiam de conuentu *conspirantium* dictum est, atque in-
de *conspirare*, et adeo *laceffere* alios, *spoliareque* notare
coepit. — אשה נערים Ebraeis est *uxor prima*. Nam
נערים tropice ineuntem rei cuiusuis aetatem significat.
(Sic e. c. vbi de gente aut populo dicitur נערים, *initia
reipublicae* notantur.) — De בגר vid. supra v. 10. Alex.
καὶ εἶπατε, ἕνεκα τίνος; κύριος (Vatic. rectius ὅτι κύ-
ριος nam sic leg. Vulg. Syr. Arabs.) διεμαρτύρατο ἀνα-
μέσον σε καὶ ἀναμέσον γυναῖκός νεότητός σε, ἣν ἐγκα-
τέλιπες. Vulg. vt supra v. 10. *quam despexisti*. Ne-
que dissentiunt Chald. Syr. Arabs.

נערים

fida crudelitate premis, cum tamen sit focia tua atque coniux (sanctissimo) foedere tibi iuncta. 15. Certe primus et vnus ille (magna

ו] והיא חברתך ואשת בריתך *cum tamen*, qualis particulae vsus in vtroque testamento frequens est. — *חברת* est *focia*, *amica*. (de quauis *societate* dicitur, et adeo de sodalitia latronum, vnde *חבר* olim ex infidiis *adoriri*, *vulnerare*, notauit; nam *חבורה* *vulnus* significat, et Syr. *ܘܢܒܘܢܐ* *veneficus*: ex quo intelligitur cur Theod. Ps. 57. 6. *חבר* *Φάρμακος* reddat. Iam *חבר* est *μέτοχος*, mox *συνημέμενος*, mox *ἑταῖρος*.) Et *אשת ברית* est, *uxor foederata per connubium*, *uxor cui quis fidem dedit*. Ita DRVSIVS. Sed GROTIVS: *חברתך* *particeps sacrorum*, et *אשת ברית* *in eodem Dei foedere est, in quo tu*. Sed hac in re virum summum decepit suff. *ך*, adeo vt *uxor foederis tui*, ei videretur esse *uxor, quae tuo foederi addicta est, i. e. eidem quo tu*. Sed suffixa, eiusmodi genitiuo annexa, more Ebraeorum ad nomen regens referri debent, vt: *עיר קדשי*, quae non est *vrbs sanctitatis meae*, sed *vrbs mea sancta*. Sic h. l. *uxor foederis tui* est *uxor tua foederata*. Alex. *αὐτῆ κοινῶνός σου, καὶ γυναῖκα θεαθήνης σου*. Hinc intelligis cur *κοινῶνός* sit *socius, collega*. Luc. 5, 10. ex quo bene illustrabis ea quae dicuntur 1 Cor. 10, 18. f. — Consentiant cum Alex. Vulg. Syr. Arab. Chaldaeus.

V. 15. וְלֹא אֶחָד עָשָׂה] TARNOVIVS CUM DRVSIO hunc versum ita explicat, vt eo altera causa contineatur, ob quam Deus repudiaturus erat Iudaeorum sacrificia, scilicet haec: quia repugnarent Deo, quippe qui vni marito vnam vxorem non plures iunxisset. Itaque וְלֹא accipit pro הֲלֵא, deinde עָשָׂה ad יְהוָה refert hoc

gnae posteritatis parens, hoc vestro more) non egit, quamuis vigoris satis haberet reliquum.

hoc sensu: nonne Deus vnum fecit? adeoque vnum marem vni foeminae iungi voluit? — Porro רוח ut lat. *anima, corculum*, de foemina ipsa intelligit, ut sensus verborum ושמר רוח לו sit is: *cum tamen vni marito possint coniungi plures*. Denique verba ומה אחר ורג' ita accipit: *cur igitur Deus tantum iunxit vnum maritum et vniam uxorem? Scilicet ut liberi legitimi (ורע אלהים) procrearentur* etc. Haec inter omnes variasque interpretum sententias, primum mihi locum mereri videtur. Sed videamus an eam, quam supra in versione posuimus, argumentis idoneis ornare valeamus. Equidem nullus dubito, Veteres, h. l. Abrahamum voce אחר intelligi, suo iure statuisse. Nam nullius certe exemplum conuenientius huic loco esse posset, quam Abrahami. Deinde Esaias iam notauit Abrahamum voce אחר Cap. 51, 2. ex quo tamen loco simul apparet, quo sensu Abrahamus dicatur, אחר. Scilicet autor ille gentes Ebraeae, ideo posteris suis memorabilis et nomine אחר notabilis erat, quia ab eo, tanquam *solitario, soboleque omni primum destituto*, populus tam numerosus origines traxerat. Neque obstat sententiae nostrae אחר absentia, quia illud in sequentibus additur. Caeterum pro עשה, vellein, ut e Codd. idoneis lectio עשה possit demonstrari, quam h. l. valde desidero et adeo genuinam suspicor. Nam pronomine hoc (quod Ebraei per suff. ה' exprimere solent) locus noster difficillime caret. Sic vero sensus esset hic: *Neque solitarius iste fecit hoc, i. e. neque hoc vestro more egit Abrahamus ille primus et vnus tantae sobolis parens*. De versionibus deinceps videbimus.

ושמר

quum. Nihil enim ille voluit, quam vt lar-
ga posteritas a Deo promissa obtineretur.

Vos

[וְשֵׂאֵר רִוְחַ לְוִי] שֵׂאֵר sunt proprie *reliquiae*, ὑπό-
λειμμα et, vt Aqu. reddit, λείμμα. Tò vero ר, vt
supra, valet *cum tamen, quamuis*. Denique רִוְחַ h. l.
instinctum et cupiditatem procreandorum liberorum in-
dicat. Nam רִוְחַ ad hominem translatum (dictum
enim est proprie apud orientales de *aura leui*) notat *vim*
hominis rationalem ἡγεμονικήν, vt πνεῦμα apud Hel-
lenistas, cum contra נַפֶּשׁ, vt ψυχή, sit vis vitalis et
sensitiua. Deinde dictum est de *facultatibus* hominis
quibusuis, maxime vero de *affectibus*, adeo vt mox
iram, mox *superbiam*, mox *libidinem* notet, quae vlti-
ma notio huc pertinet: sic vt רִוְחַ Abrahamo reliquus,
nihil aliud sit, quam *instinctus venerens*. Quare verba
לְוִי רִוְחַ לְוִי שֵׂאֵר gerim. sic redderes, *ohngeachtet er noch*
Feuer genung hatte. Laudatur itaque hoc in Abraha-
mo, quod vxorem sterilem non posthabuisset aliamque
libidinis causa adoptasset, quamuis virium vigorisque
satis haberet. HOVBIGANTIVS refert, descriptorem
codicis Orat. 42. posuisse inter haec verba circulos tres,
vnum inter וְלֵא et אַחֵר, alterum post וְאֵשׁ, omit-
tens רִוְחַ, tertium inter וְמֵה et הָאֵחֵר; qui quidem
tres circuli ei significare videntur, verba fuisse male
collocata; quae credit ita collocanda esse et emendan-
da הָלֵא עָשָׂה שֵׂאֵר אַחֵר וְרוּחַ הָאֵחֵר לְוִי וְמֵה מִבְּקַשׁ
nonne fecit carnem vnā et spiritum vnum illi, quid igitur
quaerit? Ferenda certe esset haec emendatio si mo-
do vlla adesset autoritas. Sed suspicio — descripto-
ris — ex circulis, forte aliud significantibus, conclu-
sa — et arbitraria emendatione perfecta, quid valere
possit non video?

וְמֵה

Vos itaque cohibete libidinem vestram, ne
primis

Quid ergo ille? q. d. *Quid ergo ille?* q. d. Cur ergo nihilominus Hagarem in thori societatem suscepit? Respondetur: id Iudaeis nullo modo excusationi esse. Nam Abrahamum non libidinis causa, sed iussu uxoris, et promissionis diuinae desiderio, commotum, id fecisse. Hanc itaque posteriorem rationem noster proponit verbis *בבקש זרע אלהים*. Supervacaneum foret multis ostendere, *זרע* vt Arab. *نَسَب*, et graec. *σπέρμα*, de prole et sobole, et vniuersim de posteris, dici. Neque hoc demonstratione eget, *זרע* h. l. esse posteritatem Abrahamo a Deo promissam. Itaque *בבקש זרע אלהים* est h. l. pellicem nullo alio consilio recipere, quam vt obtineatur larga ista posteritas, quam Deus Abrahamo fuerat pollicitus. Miror GROTIUM h. l. conferre τὸ semen Dei et illud v. II. filiae Deorum, ita, vt semen Dei h. l. sint liberi Deum caste colentes, quod coactum sane et alienum esse et exemplo carere videtur. Sed fuerunt et alii tam inepti vt Gen. 6, 2. filios Dei putarent esse, liberos ex vna coniuge procreatos, et filios hominum, liberos ex pluribus aut meretrice.

Iam *רוחכם* quid sit supra explicatum est. Adde loca vbi de impetu et ardore animi dicitur Hag. 1, 14. quo ferebantur Iudaei ad cultum idolorum cum scortatione coniunctum Hof. 4, 12. et de ipsa animi libidinosi impuritate Zach. 13, 2. — השמר graec. *προσέχειν*, (constr. c. מ. 1 Sam. 21, 5.) abstinere ab aliqua re. Sed vbi c. ב. constr. est: temperare, cohibere, cauere ne nimis indulgeas. Ergo DRVSIVS inepte *רוחכם* vobis ipsis reddit, ac si esset *בנפשותיכם*. GROTIUS paulo melius: *Iram cohibete*. Sed videamus
mus

primis vxoribus fidem datam turpiter violatis.

mus de versionibus. Alex. καὶ ἐκ ἄλλος ἐποίησε; καὶ ὑπόλειμμα πνεύματος αὐτῶ (quod Breit. ed. exhibet, recte, pro αὐτῶ) καὶ εἶπατε, τὶ ἄλλο ἢ σπέρμα ζητεῖ ὁ Θεός; καὶ φυλάξαθε ἐν τῷ πνεύματι ὑμῶν. Pro ἐκ ἄλλος Vatic. male habet ἐκ καλόν, quod vitium, quomodo ortum sit, quilibet videt. Alex. autem locum sic intellexerunt: ἄλλος sumserunt pro ἄλλος, *alius quidam*, vt Gen. 42, 13. Deinde ante ἄλλος ἢ μ subaudiuerunt, כְּהַמָּוֶה, quod non insolens est. Denique וְכָךְ ad אֵיךְ retulerunt: hoc sensu: *Hoc more alius quidam non egit. Dicitis vero: Deum nihil aliud velle in matrimonio, quam liberorum procreationem (reliquis finibus perinde habitis) At vero cohibete libidinem vestram etc.* Arabs omnino secutus est hanc lectionem nisi quod verba: τὶ ἄλλο — ὁ Θεός non intellexerit, nam reddit ea! *cur petit Deus semen aliud alteri?* Sed si quis meam sententiam vellet audire, hunc etiam locum non genuinum, sed, Symnachi aut alius interpretis verbis lacunam esse repletam, dicitarem. Nam primum videtur a simplicitate Ebraea nimis deflectere; deinde Syrus et Vulg. sic habet: *Nonne unus fecit; et residuum Spiritus eius est? Et quid unus quaeret, nisi semen Dei? Custodite ergo Spiritum vestrum.* Habes verba Ebraea singulatim fere expressa. Sic fere Syrus. *Amnon est unus (vir) et reliquiae Spiritus eius: quid ille unus? quaesivit semen a Deo. Ergo caueate in Spiritu vestro.* Hanc ego versionem ad verbum expressi, restituto loco, qui in Polygl. angl. sic se habet: — אֵיךְ אֵיךְ אֵיךְ אֵיךְ אֵיךְ אֵיךְ vbi Versio latina apparet haec: *Amnon vir unus, cuius sunt reliqui Spiritus, unus inquam postulauit semen a Deo? Inepte! Iste vero locus manifeste corruptus est, et a*

me

letis. 16. Atque ille etiam vehementer improbabat repudia — ait Ioua Deus Israelitarum, — atque ideo in pellicem maluit iniurius

me ita restitutus. — $\text{וְנָשִׂיךְ יִנְדָּבְרוּ וְנָשִׂיךְ יִנְדָּבְרוּ}$ — adeo vt pro וְנָשִׂיךְ , rescribendum sit וְנָשִׂיךְ , et puncta transponenda.

[ובאשת נעוריו אל-יבגד Alex. γυναίκα νεότητός σου μὴ ἐγκαταλίπης, ac si esset, תבגר. Sic et Chaldaeus legit, qui לא תשקר habet. Sic et Arabs cum Vulgato. Sic et HOVBIGANT. legi vult. Sed Syrus: וְנָשִׂיךְ et nemo contra uxorem iuuentutis suae inique agat. Accepit enim וְנָשִׂיךְ distributiue ac si esset: איש באשת נעוריו לא יבגד. Certe alterutra lectio eligenda et vulgari substituenda est. Assentior HOVBIGANTIO et Veteribus, et lego תבגר vel, si mavis, תבגרו.

[כי-שנא שלח אמר יהוה אלהי ישראל V. 16. שנא habet vim participii, ita vt intelligatur pron. היא. Alii male ad Deum referunt. שלח autem capiendum est vt Substantiuum, de repudiis, vt sensus sit hic: Abrahamus repudia improbabat. Sic שלח Jer. 3, 1. de repudiis adhibetur. Alex. ἀλλ' εἰν μισήσας ἐξαποστείλης, λέγει Κύριος ὁ Θεὸς ὁ παντοκράτωρ, ὁ Θεὸς Ἰσραήλ. Παντοκράτωρ alienum est, et quouis modo irrepsit. Neque Vulg. neque Arab. neque Vaticanus habet. Vulg. non assecutus est sensum Alex. cum odio habueris dimitte. Sic Arab. cum odio habueris eam, dimitte eam, additis Suffixis; sic et Ionathan. Neque tamen puto eos aliter legisse. Nam ad שנא subintellegerunt אתה ac si esset, כי-אם שנא אתה, et וְנָשִׂיךְ

שלח

rius esse eamque eiicere (vxoris causa.) — ait Ioua dominus vniuersi — Quare (iterum hortor vos) reprimate cupiditatum vim, atque

שלה acceperunt pro imperatiuo, neque male; nam infinitiuos pro imperatiuis centies poni, vel GLASSIUS te docebit. Sed nostram tamen interpretationem, vt minus coactam, praeferimus. Syrus verba כִּי-שָׁנָא שלה omnino omisit, cuius rei causam coniectando adsequi non potui. Haec tamen habet: *dicit dominus potentissimus, Deus Israelis*, quod ostendit, Syrum iam illud παντοκράτωρ legisse.

וכסה חמס על-לבושו אמר יהוה צבאות
 [ונשמרתם ברוחכם ולא תבגרו] Hoc וכסה manifeste ad idem subiectum pertinet, ad quod שנא referri debere docui. חמס vero proprie de iis dicitur qui sanguinem sitiunt atque caedem; deinde *iniuriam* omnis generis notat; denique כסו חמס, pro בחמס, (vid. 2 Chron. 21, 16. Eccl. 6, 4.) speciatim de pellicibus dicitur quae dimittuntur et eiiciuntur. Est enim veluti allusiuua oppositio dictionis: *peplo tegere*, quod facere solebant foeminae, quae alterius concubitum appetebant, conf. Gen. 38, 14. 15. Hinc et *Ruth* tecta fuisse peplo narratur, cap. 3, 15. Itaque si quis talem puellam iterum dimitteret, quod sane per se iniustissimum erat, dici poterat *violentia eam texisse*. Atque inde facile intelligis cur לבושו h. l. de *pellice* Abrahami i. e. Hagare dici possit. Accedit vero, quod vxor, σκείνος mariti appellatur, quae vox *indumentum* etiam notare solet vt Chald. מאן. Deinde et Arab. لباس est, et *frui* puella, muliere, amico, et *induere, tegere se*. Hinc لباس cum *vestimentum* tum *coniugem* notat. Quam

vero congruum sit genio linguarum orientalium, con-

F

iungere

que crudelem in vxores perfidiam exerce-
re definite.

17. Con-

iungere notiones *vestiendi* et *coeundi*, multorum verbo-
rum exemplis comprobari posset. V. c. צָוָה, Ebr.
צָוָה, est *cingere*, *vestire* et etiam *excipere initum maris*,
concupere; inde צָוָה *vestimentum*. Sic צִיַּת *amicam*
et *vestem* significat. Inde et Rabbini *indumentum car-*
nis pro muliere, et *induere foeminam pro iure* passim di-
cunt. Hinc sensu magis casto, propter singularem
coniunctionem, Christus *ιμάτιον* fidelium dicebatur
olim a patribus graecis, vnde et ipsa locutio *ἐνδύειν*
Χριστὸν valet, *ita coniungi cum Christo ut solet Sponsa*
cum Sponso. Itaque non absolum esse videtur, שַׁבָּח
h. l. *pellicem reddere*. — Iam videamus quid veteres
statuant. Alex. καὶ καλύψει ἀσέβεια ἐπὶ τὰ ἐνδυ-
μήματά σς, λέγει Κύριος παντοκράτωρ· καὶ φυλά-
ξαθε ἐν τῷ πνεύματι ὑμῶν, καὶ ἕ μὴ ἐγκαταλί-
πητε. Lectio certe corrupta est in verbis τὰ ἐνδυ-
μήματά σς. Lege ἐνδύματα αὐτῆ. Nam variarunt
olim codices: alii legerunt ἐνδυμήματά σς, ex quo
orta est lectio vulgaris, alii ἐνδύματα σς, quam
Arabs habuit expressitque: alii ἐνδύματα αὐτῆ quam
Vulgatus tuetur. — Syri verba iterum corrupta sunt:
ܘܟܝܢ ܘܟܝܢ ܘܟܝܢ ܘܟܝܢ. Librarius, qui la-
cunam in verbis huius commatis prioribus non anim-
aduerterat, haec cum superioribus: — *nemo*, — *per-*
fide agat, connectenda putavit, adeoque ܘܟܝܢ inferre
textui sustinuit: vt sensus esset, — *neque peccatum*
suum pallio tegat. Sed omisso ܘܟܝܢ locus puritati resti-
tutus erit. Reliqua enim omnino conueniunt.

✻ ✻ ✻

V. 17. Concitatis iram Iouae sermonibus vestris! qui vero, ait? Eo quod semper
in

✻ ✻ ✻

V. 17.] הוֹנֵעַתֶם יְהוָה בְּרַב־יִכּוֹם Malachiae temporibus Scepticismus et Deismus magno ausu nefandum caput extollere incipiebant. Multi leuissimae mentis Iudaei, cum reipublicam veterem destructam, priscam populi felicitatem et gloriam deperditam, promissiones vero de futura salute nondum impletas viderent, lenitati omnino cedere, deque prouidentia et vniuersa religionis Messianae veritate dubitare, instituebant. Hic populi character in vltimis prophetarum scriptis dilucide depingitur, maxime vero supra v. 7. et hoc versu et cap. 3, 13 - 16. Huic ergo Scepticismo et Deismo haec et sequens oratio manifeste satis opponitur, ita, vt impii Iudaei, leuissimeque de Deo sentientes, egregie conuincantur atque refutentur, vt idem Dauidis consilium fuisse in Ps. 36. docui in Disp. super hoc Ps. a me conscripta. — Iam de ipsis verbis. DRVSIVS ad Cap. 3, 1. *quaedam*, inquit, *exemplaria vetusta caput hoc inchoant a versu superiore*. Et quamuis HOVBIGANTIVS nullum eiusmodi codicem reperisse videtur, quod ex eius silentio coniectari licet, nullus tamen dubito ita esse statuendum. Primum enim capitulum aequae ac versuum atque membrorum distinctiones, ex optimorum, et hodie fere omnium, Criticorum iudicio, nihil omnino habent auctoritatis. Deinde vero, et si quis in hoc haereat, quid tamen mihi responsurus sit tum, cum ipsum rogem inspicere orationem sequentem, atque summam illius cum hac similitudinem animaduvertere, non video. Ergo credo eadem obiectione Deismi hanc orationem esse in-

F 2

choan-

ore vobis est hoc: Ioua aut approbat scele-
ratos eorumque impietate delectatur, aut (si
hoc

choandam, neglecta capitum distinctione. Itaque
הוגעתם pertinet ad impios Iudaeos, qui sibi persuade-
bant, Deum res humanas negligere coepisse. הוגע vero
est fere graec. πράγματα πάχειν, atque adeo mole-
stum esse, sed h. l. concitare iram: quod arabismus etiam
testatur. Nam وجع est dolere, languere et C. IV.
(quod GOLIVS non annotauit) dolorem alicui mouere,
vt in Corano bis me legere memini. Hinc et וגע est
pr. languere a labore, deinde laborare etc. Confer.
etiam وجأ quod frustra laborare et percutere notat.

Alex. Οἱ παροξύνοντες τὸν Θεὸν ἐν τοῖς λόγοις ὑμῶν.
Primum, οἱ παροξύνοντες, pro quo Vatican. παρο-
ξύναντες habet, puto esse casum quintum: sic Arab.
يَا غَائِظِي. Deinde verbum παροξύνειν tam ele-
gans est, vt suspicer, verba esse Symmachi. Certe
Alex. hoc verbo nullibi vtuntur ad exprimendum הוגע.
Accedit quod Vulg. laborare fecistis, et Syrus, ⁷Ⲡⲗⲓⲛⲓ.
Consentit Ionath. אלהיהתן, a להה. Caeterum superio-
rem illam, Symmachi, vt puto, lectionem e tali co-
dice natam esse suspicor, qui noui capituli initium hic
haberet, quod forte mouit interpretem Vocatiuo vti.

ואמרתם במה הוגענו] Exprimit, vt in superio-
ribus, germ. und ihr wollet wissen, wie? — Alex. καὶ
εἴπατε, ἐν τίνι παροξύναμεν; pro quo Vatic. παρω-
ξύναμεν αὐτὸν; quod et Arabs expressit, qui: ¹Ⲡⲗⲓⲛⲓ
— Caeterum, et hoc loco recentioris Symmachi
verbis lacunam restitutam esse, non possum non su-
spicari

hoc non est) cur ne Deum se gerat iusti verique amantem, non videmus.

III. I.

spicari, cum Vulg. et Syr. versionem supra notatam tueri pergant.

באמרכם כל-עשה רע טוב בעיני יהוה יבהם
 [הוא חפץ עשה רע, vt ποιῶν ἀνομίαν, est improbus, sceleratus. טוב potest ita intelligi, vt vel יש vel עשה subaudiatur. Notat vero טוב (opp. רע טע) saepe bonum morale vniuersum, ita, vt vel τὸν ἀγαθόν, probum, l. τὸ ἀγαθόν, virtutem, probitatem, designet.

Hinc et Arab. طيب, cum licitum et legitimum, tum vniuerse id quod in re praestantissimum est, significat. Iam Ebraei verba, habere, putare, videri, aestimare per בעין vel עין לנגד expriment, ergo sensus verborum: כל-עשה רע טוב בעיני יהוה, est: Ioua malum bonum aestimat, Ioua probat sceleratos. Haec fere verba Dauides homini profano tribuit Ps. 36. לנגד עיניו Ioua pietatem nihili facit. Vide et Ps. 14. cuius idem fere esse argumentum intelliges, si comma eius vltimum inspicias. Addit vero noster: ובהם הוא חפץ. Scilicet הם, dici puta in numero plurium ideo, quia עשה collectivè positum est. Iam, cum חפץ, sequ. ב, sit delectari, probare, (I, 10.) facile vides his verbis idem innui quod prioribus. Alex. ἐν τῷ λέγειν ὑμᾶς πᾶς ποιῶν πονηρὸν, καλὸν (vbi subintelligendum esset ποιῶν) ἐνώπιον κυρίου, καὶ ἐν αὐτοῖς αὐτὸς εὐδόκησε. Sed lege καλός; nam ita Vulg. Syr. et adeo Arabs legerunt.

[או איה אלהי המשפט] Aut si hoc non est, cur Deus non ostendit factis, se esse eum, qui pietate et veracitate et Sanctitate delectetur? משפט est pr. norma

III. I. Sed eheu! ego iam in eo sum vt mit-
tam

ad quam solet res examinari; deinde id, quod ad nor-
mam vel *examinari*, vel *examinatum probari* solet, siue
sit *caussa iusta*, siue *vita proba et innocua*; porro *sen-*
tentiam de aliqua re examinata latam; denique ipsa ab-
stracta, *probitatem, aequitatem, iustitiam*, et vniuersum
ἀλήθειαν (Prou. 8, 20. in Alex. ed. Wechel.) significat.
Nam *שׁוֹמֵר* is dicitur, qui ad leges aequi et legitimi
examinat, vel alios ita *tractat*. Hinc Arab. *حليم* est
humanum, benignum esse, vnde apparet cur *שׁוֹמֵר* ali-
quoties de *iudicio benigno* et humano dicatur. Iam
שׁוֹמֵר ה' ה' אלהים est Deus, qui et ipse iustitia et probita-
te delectatur, et homines ad leges iusti et aequi exami-
nat et regit, ita, vt impiis male, piis vero bene fiat.
Quaeris, quid sit ה? Mihi videtur eandem vim habere
quod germ. *jener*: ac si quis diceret: *wo ist nun der*
Gott, jener Gerechtigkeit, i. e. *wo ist nun jener so ge-*
rechte Gott. Alex. *καὶ πᾶς ἐστὶν ὁ Θεὸς τῆς δικαιοσύνης*;
Sic *καὶ* pro *ἢ* Prou. 30, 31. et alibi passim, vt etiam vi-
ce versa *ἢ* pro *καὶ* vt supra 1, 8. Hinc Vulg. *aut certe*
ubi est Deus iudicii? et sic fere Syrus.

CAPVT III.

V. I. *הנני חלש מלכבי*] Volunt plerique, hic lo-
qui ipsum filium Dei, cui sententiae non obstat oratio
texta; nam notum est, Ebraeos ponere nomina pro
pronomibus. Quare sicut olim Davidis dixit *opitu-*
lare regi pro mihi, et Christus in N. T. centies, *ἰδὲ*
υἱὸς ἀνθρώπου, pro *ἰδὲ ἐγώ*, sic hic *יבוא הארון*, pos-
set dici, pro *אבוא*. Sed malle m tamen ego, Deum
in genere loqui, statuere, quia in superioribus Deus
in genere verba fecerat. Neque h. l. multum refert,
quicquid eligas. — Tò חלש Arabs recte per Fut. red-
dit.

tam metatorem meum, qui viam mihi muniturus

dit. Nam participia habent vim omnium temporum. — מלאכי, MÜNSTERVS et alii, dici putant Ioannem, ideo, quia vitae sanctimonia et officii dignitate *angelum* egit. Miror viros doctos tam imbecilles esse posse. מלאך est quiuis *minister* Chald. משמש, vt supra 2, 7. id est, is, qui alterius loco negotia gerit. Potissimum de ministris regiis, principibus, satrapis, legatisque olim dictum est. Quod linguae Chald. Syr. Aeth. et Arabica testantur. Hinc מלאך Aethiopicis *praesidem, praefectum* notat, et pro ἀρχων adhibetur Io. 3, 1. et pro ἡγεμών Matth. 27, 2. Hinc nomen foem. מלאכה *princeps foemina* dicitur Diana. Act. 19, 24. 27. conf. Ier. 7, 18. Ex quo apparet, מלאך maxime dici de *ministro regio*, qui rebus gerendis praeficitur. Vnde et מלאכה sunt *negotia, res gerendae*. Hinc Aeth. מלאך *ministerium sacrum* vocant, vt in Ebr. Eccl. 5, 6. Etiam eam ob causam מלאך et משרת vt ἰαοδύναμα iunguntur, Ps. 104, 4. Hinc et angelos pulchre, puto, a *ministrando* nomen habere, potius quam a *mittendo*. Certe, Paulus, velut interpretaturus τὸ מלאך, πνεύματα λειτουργικά vocat. Neque ab iis exulat notio ἀρχῆς, quippe qui saepe θεόνοι, κυριότητες, ἀρχαὶ et ἐξουσία dicuntur. Et quem Ebraei המלאך dicunt, eum Paulus τὸν τῷ θανάτῳ κρατός ἔχοντα appellat, quae est obseruatio DEI ad h. l. Itaque מלאכי fere idem valet quod alias עברי. Et puto עבר a מלאך ita modo differre, vt עבר fit vniuersum, *minister*, מלאך vero pr. is, cui *singulare a rege negotium commissum est expediendum*. Ioannis vero munus erat, *metatorem* agere. Caeterum h. l. Ioannem Christi anteambulonem intelligi, satis docet ipse Christus Matth. 11, 10. ex quo simul loco apparere

turus est, et breui post ad templum suum
aduen-

videtur, rectius sentire, qui, patris haec verba esse, statuunt. Alex. Ἰδὲ ἐγὼ ἐξαποσέλλω (Vatic. ἐγὼ male omisit. Tuetur illud Matthaeus.) τὸν ἄγγελόν μου. Sic Vulg. Syr. et Ionath. Arabs *أرسل* mittam.

וּפְנֵה-רַךְ רַךְ] וּפְנֵה-רַךְ רַךְ est proprie *viam munire*, quod fit sic, vt tollantur et remoueantur ea, quae viatorem offendere aut remorari possent; h. l. tropice valet, *monere homines de aduentu Messiae, eorumque animos, ad eum amplectendum, procliuēs reddere studere.* Idem dixit de Ioanne Iesaias 40, 3. 4. vbi describitur officium Ioannis vt *μιτάτωρος*, (Suidas: *μιτάτωρ, ὁ προαποσελλόμενος πρὸ τῆς ἀρχοντος.*) cuius erat reges et duces (vt Grotius ait) praeire, hiantia solidare, exstantia complanare, per devia compendium facere, ne quid itineri obstet, aut moram faciat. Sic IOSEPHVS cum Titi aduentum describit, *ἀνεπλήθη, inquit, τὰ κοῖλα καὶ χαρাত্রώδη τῆς τόπης· τὰς δὲ πετρώδεις ἐξοχαῖς σιδήρῳ κατεργαζόμενοι χθραμαλὸν ἐποίησαν πάντα τὸν χώρον.* Huc pertinet et illud OVIDII:

*At vos, qua veniet, tumidi subsidite montes
Et faciles curuis vallibus esse viae.*

Ita STRABO Geogr. L. V. de Romanis ita: *ἔσρωσαν καὶ τὰς κατὰ τὴν χώραν ὁδούς, προθέντες ἐκκοπὰς τε λόφων, καὶ ἐγκώσεις κοιλάδων.* — וּפְנֵה ante me quasi pater se venturum diceret. Sed Suff. וּפְנֵה non est ulterius vrgendum. Nam Suffixa ad וּפְנֵה saepe vim amittunt, adeo vt וּפְנֵה, sit i. q. וּפְנֵה, veluti Datius comodi. — Et variasse olim codices, e Matthaeo licet suspicari, qui וּפְנֵה habet, ac si pater cum filio verba faceret.

aduentabit princeps, nimirum legatus ille,
cuius

faceret. Versiones tamen veteres τὸ ἰδὲ tuentur. — Alex. ἐπιβλέψεται ὁδὸν πρὸ προσώπῃς. Ἐπιβλέψεται redde: *inspexitorem* s. *munitorem* viae aget. Nam sic Alex. τὸ ἡδ (male quidem) reddunt ἐπέβλεψε, Zach. 10, 4. et τὸ ὑγιω *percurrere*, *discursitare* reddunt ἐπιβλ. 2 Chron. 16, 9. et Zach. 4, 10. Sed Vulg. secutus est Theodotionem, qui ἐτοιμάζει habet, nisi diceres, lectiones permutatas esse librariorum incuria, quod saepe accidit, ut quae Aqu. vel Sym. vel Theod. essent, tribuerentur Alexandrinis. Certe Es. 40, 3. ἰδὲ reddunt ἐτοιμάσατε, conf. Gen. 24, 31. et Es. 62, 10. ubi Alex. ὁδοποιεῖν habent. Sic Ps. 79, 10. Sym. hoc loco: χολάζει, *vacat* viae muniendae. Nam χολάζειν, Sym. alibi etiam adhibet pro *negotia administrare*, *vacare rebus gerendis*. Certe כהני quos 2 Reg. 8, 10. Alex. dicunt αὐλάρχας, eos Sym. vocat χολάζοντες, ac si χολάζειν esset כהן *ministrare*. Arabs expressit illud ἐπιβλ. per ^{نظير} ^{نظير}, nam et نظر non modo *videre* sed etiam *curam habere* significat. Syrus h. l. ^{نظير}, sed Matth. II. elegantius ^{نظير}. Chald. ^{נפיר}.

ופתחם יבוא אל-היכלו הארון אשר-תם
] מבקשים פתחם, mox, ubi Ioannes venerit: sex
mensibus ab eius aduentu praeterlapsis. — אל-היכלו
intellige de templo secundo, qui singulatim templum
Messiae erat, conf. Hag. 2, 7. Caeterum היכל vni-
uersum valet *aedificium amplum* et *magnum* (nam Arab.
^{كبير} est *magnus*, *procerus* fuit, vnde ^{كبير} de re
quavis magna vsurpatur, speciatim de aedificio subli-
mi,)

cuius ope absoluetur foedus istud, quemque
cum

mi,) diciturque de *palatiis* regum, 1 Reg. 21, 1. deinde mox de ipso *templo* mox de parte eius priori, scilicet ea, quae ante adyta erat, adhibetur. Hinc etiam de *tabernaculo* Mosaico dicitur. Quae VENEMA ad Ps. 5, 9. in dubium vocat, ubi non negligendum est, inquit, PALATIVM SANCTITATIS DEI, hic COELVM, et non AEDDEM Dei seu TABERNACVLVM, designare, quia in Odis Davidis non alium praefert sensum, — nec succurrit nunc vllus locus, in quo pro TEMPLO usurpatur, in libris antiquis ante exilium babilonicum. Haec VENEMA satis incaute. Nam innumera extant eius rei, quam negat, exempla. Etiam Samuelis aetate, היכל *tabernaculum* dicebatur 1 Sam. 1, 9. ubi leguntur verba הכהן יהוה יושב על-מוות היכל יהוה, quae IOSEPHVS ita refert: ἐκαθέζετο γὰρ πρὸ τῆς σκηνῆς. conf. et 1 Sam. 3, 3. — Et plane risum nobis mouit VENEMA, cum c. l. ex additamento *sanctitatis*, suam sententiam probare vellet, sibi que illud היכל קדש, sublimius templo, spirare videri, diceret. — ארון est Messias, quod ex eo patet, quia paulo post dicitur מלאך הברית ארון. vero, vt lingua Chald. inprimis docet, *possessorem, dominum* et *principem* quemuis notat, ἀρχοντα, δεσπότην, ἡγούμενον, κύριον, adeo vt per ה significetur h. l. *ille*, qui princeps huius vniuersi a Deo constitutus est, eo consilio, vt loco patris res et fata mortalium gubernaret atque administraret. — אהם refer ad pios, ac si diceret: quem vos, pro religionis vestrae placitis, venturum esse perhibetis, quemque *vestrum* multi cum desiderio expectant. Solemus etiam in aliis linguis id facere, vt ad totam nationem diuersa dicamus. Sic supra v. 17. ad *impios* Iudaeos spectabat, vti haec verba
ad

cum tenerrimo desiderio expectatis: immo
iam

ad *pios* maxime pertinent; quamuis tota oratio ad vni-
uersos Iudaeos referatur. — בקש est nihil aliud quam
desiderare, appetere, et h. l. *serio et ardentem appetere*,
quod docet membrum posterius. — Alex. ἐξαιφνης
ἦξει εἰς (ac si esset ל [quod et Syrus habet] non אל)
τὸν ναὸν αὐτῶ (Vatic. εαυτῶ) κύριος, ὃν ὑμεῖς ζητεῖτε.
Tò אל היכל recte ναὸν non ἱερόν reddunt, vide enim de
eorum vocabulorum differentia ΚΥΡΚΕΝΙΥΜ in Obs.
f. T. I. p. 136. f. Alex. sequitur Vulgatus. Sed Syrus
et Arab. *veniet ad templum domini, (is) quem expectatis.*
Videtur in quibusdam libris lectum fuisse, אל - היכל,
הארץ, indeque etiam varietas in quosdam Alex. libros
dimanasse, adeo, vt haberent aliqui εἰς ναὸν κυρίου —
Jonathan tamen, et ipse contextus orationis, nostram
lectionem tuentur.

ומלאך הברית אשר אתם חפצים הנה- בא אמר
מלאך est pr. is, qui regis nomi-
ne foedus cum aliis pangit. Itaque male reddis *ange-
lus* foederis. Nam Christus יהוה מלאך dicitur, qua-
tenus est *minister* Dei, et cum hominibus Dei nomine
agit. Et יהוה מלאך פני יהוה (יהוה) *ministorum Dei* supremus, i. e. ipse Dei filius,
regni diuini administrator. Nam si de hominibus
sermo esset, מלאך פנים esset, quod nos dicimus, *Pre-
mierminister*, aut *Vice-Roi*, i. e. qui semper est ante *fa-
cies* regis, regique proximus; per quem rex immediate
agit cum subditis. Vnde intelligis notionem *angeli*
nullo modo huc pertinere. — Additur vero הברית
cum ה, i. e. *illius* foederis, quod iam fidelibus in V.
T. erat manifestatum *symbolice*, et quod renouandum
erat *vere*, ἐν πληρώματι καιρῶν, et sanguine huius
מלאך

iam instat! — ait Ioua dominus vniuersi. —
 2. Et quis quaeso sustinebit aduentum eius?
 aut

מלאך i. e. Christi, obsignandum. — מַחְפָּצִים notio-
 nem מְבַקְשִׁים fere complet, ita vt מְבַקְשִׁים
 ומחפצים sint ii, qui cum summa voluptate desiderioque
 ardentissimo expectant. Nam מַחְפָּצִים puta esse pro,
 מחפצים, — הנה בא *En! instat!* Inde Messias Iu-
 daeis dicitur מְבַקֵּשׁ, ἐρχόμενος, i. e. futurus. — Alex.
 ὁ ἄγγελος τῆς διαθήκης, ὃν ὑμεῖς θέλετε ἰδεῖν ἔρχε-
 ται, λέγει Κύριος παντοκράτωρ. Sic Vulg. et Chald.
 Sed Arab. مَوْلَى الْعَدْلِ minister idoneus, de qua di-
 screpantia mihi sic videtur. Aut in quibusdam libris
 mendose fuit ἄγγελος δικαιοσύνης, nam عَدْلٌ resp.
 graec. δικαιοσ. aut WALTONVS vitiose edidit الْعَدْلُ
 pro الْعَهْدُ foederis s. testamenti, quae posterior con-
 iectura mihi maxime arridet. Nam plura eiusmodi
 exempla deprehendi haecenus in Esaia et Psalmis, vbi
 manifestae corruptiones Syrae et Arabicae Versionis a
 WALTONO editae cernuntur.

V. 2. וְיָמֵי מַלְאָכָא אֵת - יוֹם בּוֹאוֹ וְיָמֵי הָעֵמֶד
 [בהראותו] כול valet parem esse rei, vel ferendae, vel
 dirigendae, vel dimetiendae, vnde *sustinere, moderari,*
mensurare, coepit notare. — יוֹם בּוֹאוֹ est ipse aduen-
 tus Christi, i. q. postea הַרְאֹתוֹ, cui exacte respondet
 graec. παρρησία, quod voc. legitur 2 Macc. 8, 13. de
 aduentu exercitus: adeo vt mirer, esse interpretes quos-
 dam, qui τὴν παρρησίαν οὐδὲ ἀνθρώπων, non nisi de iu-
 dicio extremo intelligi posse statuunt, cum tamen e
 collatione tot locorum, proprie aduentum Christi ad
 הַיּוֹם

aut quis constanter perseuerabit, cum apparuerit ille? Nam (tempora) ista erunt
velut

היכלי i. e. ecclesiam suam, partim redimendam, partim suppliciiis coercendam et purgandam, significet. Nam si qui velit legere et *cum cautione* examinare, quae HAMMONDVS habet ad Matth. 3, 2. de verbis βασιλεία τῶ ἔργων, et ad Matth. 24, 3. de παρυσία filii Dei, is facile intelliget, *aduentum Christi, siue aduentum Christi in regno suo*, si eam rem in ambitu suo velimus spectare, complecti, INSTRUCTIONEM REGNI GRATIAE, factam 1) *per redemptionem humani generis*, 2) *per destructionem reipublicae Iudaicae, et gentium adoptionem*. Atque hoc posterius, per vocabula παρυσία, τέλος etc. et per phrases, ἔρχεται ἐν τῇ βασιλείᾳ αὐτῶ; ἡγγικε βασιλεία Θεῶ, etc. saepe singulatim exprimitur. Et ad hanc destructionem τῶ πρώτῃ αἰῶνος, i. e. *oeconomiae* et simul vniuersae *reipublicae Iudaicae*, in plerisque scriptorum suorum locis Apostoli prouocant, vbi multi, proh dolor, interpretes diem extremum innui, sibi ineptissime persuadent. Iamque intelligis, cur h. l. dicatur מי מכלכל. Nam pii, postquam Messias aduentasset, grauissimis malis et persecutionibus vexari incipiebant, impii vero Christi aduersarii mox horrendis suppliciiis coerebantur. — Illud vero ומי העמד, idem fere valet quod, מי מכלכל, nisi quod מכלכל magis ad impios, a Messia suppliciiis afficiendos, עמד vero ad pios, malis vexandos explorandosque, referendum putarem. Nam עמד sensu bono saepius de *constantia* dicitur. Notat pr. *perseuere, stabilem esse*: opponitur τῶ נפל *cadere, interire*, et לך cessare, *desistere esse*, ἐκλίπειν. Respondet Arab. واثق *perstitit, firmiter sibi aliquid proposuit*, conf. Deut. 25, 8. Eccl. 8, 3. Iob. 30, 20. Sic
ישמי,

velut ignes conflatorum et velut lanaria ful-
lonum

ἴσημι, Io. 8, 44. — Alex. καὶ τίς ὑπομενεῖ ἡμέραν
εἰσόδου αὐτοῦ; καὶ τίς ὑποσῆσεται ἐν τῇ ὀπίσθια αὐ-
τοῦ; — εἰσοδος est vere מבוא, sed h. l. perit notio pro-
pria *intrandi*. — ὑποσῆσαι ap. Alex. proprie resp. τῶ
רמע ita vt dicatur de iis qui *terga non dant*, conf. Ios.
10, 8. — ὀπίσθια est ipse *aduentus*: sic Syrac. 43, 2.
ἡλιος ἐν ὀπίσθια — conf. ib. v. 18. et lege illud, ἀπὸ
ἀρτι ὄψεθε — *brevi aduentabit*, Matth. 26, 64. —
Vulg. *Et quis cogitabit diem aduentus eius, et quis stabit
ad videndum eum*. Dubito an lectio sana sit; sunt qui
dicant, autorem Vers. vulg. pro ὑπομενεῖ, legisse, ἐπι-
μελεῖ, et in reliquis sensum sequi voluisse, quod tamen
durius dictu est. Syr. et Arabs sequuntur Alexandrinos,
nisi quod Syrus *subst.* εἰσόδου et ὀπίσθια per *verba* ex-
presserit, quod solet. Nec dissentit Ionathan.

[כִּי-הוּא כַּאֲשֶׁר מִצְרָה וּכְבִרְיָה מִכְּבָּסִים] Equidem
τὸ הוּא ad יום referre mallet collato v. 19. ita vt וּמַ
sit imago temporum tristissimorum, et מִצְרָה imago
Christi, calamitatibus illorum temporum vtentis, ad
explorandos purgandosque regni sui coetus. — מִצְרָה
est is, qui argentum l. aurum conflat atque adeo spectat
et videt, sincerum sit et purum, an adulterinum. Sin-
gularis tamen exponi debet vt pluralis, quod ostendit
illud מִכְּבָּסִים. Caeterum vbi Chald. צרה, Syr. مَصْرِفٌ
et Arab. مصرفٌ conferimus, apparet צרה olim non
solum de iis dictum esse qui metalla *conflant, conso-
lidant, purgant, explorant*, sed etiam de trapezitis qui
nummos explorant et permutant; vnde Arab. صَيْفٌ
est *numularius, trapezita*. Apud Samaritanos residua
est notio tropica *tentandi*. — בריות fuit auctore HIE-
RONY-

RONY-

lonum, (scilicet acerbissima et tristissima).

3. Iple

RONOYMO ad Ier. 2, 22. herba quae crescebat in locis humectis Palaestinae et quae, ut nitrum, tollebat sordes et maculas vestium. Vide quae HILLERVS Hierophyt. P. II. c. 16. et OLAVS CELSIUS Hierobotan. p. 449. de hoc vocabulo collegerunt. Alii ab Arab. *لجم* *limare, radere*; alii a *ברר* *purificare*, deducunt.

Celeberrimus vero MICHAELIS omnes virorum doctorum disputationes diremit eosque inprimis refutavit qui *saponem* intelligant. Sapone non utuntur, ad metalla purganda. Itaque nihil aliud esse, ait, quam cineres ex herba *Kali*, quae est *soda Hispanica*. — Caeterum eadem comparatione utitur Iesaias c. 42, 6. et c. 49, 3. si pro *ברית* legis *ברית*, quod legendum esse docet laudatus Mich. in Commentationibus Societati regiae Scientiarum Göttingensi per annos 1758 — 1762. oblatis, ad quem egregium libellum lectores plura ad h. l. quaerentes remittimus. — *מכבסים* sunt *fullones*, qui ita dicti sunt, quia, antequam palliis creatam adderent, sordes eorum eluebant et maculas. Ab Atticis *πλύνεις* et ab Alex. *πλύνοντες* dicebantur. — Alex. *διότι αὐτὸς εἰσπορεύεται ὡς πῦρ χωνευτηρίῳ, καὶ ὡς πρὸς πλυνόντων*. Ac si *כב* *נה*, et pro *הצמ*, *χωνευτήρις*, legissent, *הצמ*, *χωνευτήριον*, *vas fusorium*, s. *conflatorium*. Sequitur eos Arabs. Verum Syrus et Vulg. *ipse enim quasi ignis conflans, et quasi herba fullonum*, quod me mouet ut restituendum esse locum Alex. corruptum putem. Forte aliqui libri habuerunt re vera *כב* et *הצמ*, et quidam in margine exempli graeci, quo eas lectiones, puta *כב* et *הצמ*, notaret, adscripsit *εἰσπορεύεται* et *χωνευτήριον*, vocem vero *χωνεύοντος* linea notavit, adeo ut inde postea falsa lectio orta fuerit pro genuina hac: *διότι αὐτὸς*
(*εἶσαι*)

3. Ipse enim in eo sedulo occupatus erit, ut
conflet

(ἔσται forte) ὡς πῦρ, χωνεύοντος καὶ ὡς π. π. Hanc coniecturam iuuat hoc, quod Alexandrini etiam v. seq. מצרף per χωνεύω reddant. — Chald. παραφράζει: ארי רוגויה כאשתא ממסי וכבוריתא דמהורין בה
Nam furor eius erit ut ignis liquefaciens et sicut Borith quo dealbantur, sc. pallia.

V. 3. [וישב מצרף ומטהר כסף] יושב dicitur cum de iudicibus, tum de doctoribus, aliquoties etiam de artificibus in officina occupatis. Quod h. l. non sufficit notasse. Nam saepe, ubi scilicet ipsa actio sequitur, ut h. l. *sedendi*, vim fere amittit, et nihil indicat, quam hoc, eum, qui dicitur שבת *sedere*, iam in re tractanda occupatum esse, eum serio rem agere et sedulo. Opponitur fere ei, qui negotium non continuo perficit, sed saepius surgendo et aliud agendo interrumpit. Sic et doctores ubi longiorem orationem proferre volebant et copiosius tractandam, confidebant, conf. Io. 7, 2. καθίστας ἐδιδάσκετο ubi Grotius haec addit: *qui nos longum sermonem ordienti.* — Sic h. l. יושב *sedebit*, valet, *continuo, sedulo occupatus erit.* — Ut et germ. dicimus v. c. *er sitzt beständig*, pro, *er ist stets und ohne aufhören beschäftigt.* Ex quo efficitur, vocabulo *sedendi*, *studium* exprimi. — Iam uti מצרף is est, qui *metalla conflat et liquat*, ita מטהר dicitur is, qui ea liquata purgat a sordibus. Arabes طهر de munditie dicunt, ita ut sit *mundum, lotum*, et trop. *sanctum esse.* — Ad τὸ מצרף aliqui כ volunt subintelligi. Sed frustra. — כסף puto esse delendum. Nam et verborum structura et Versionum veterum varietas id maxime flagitant. Quid enim sibi velint verba מטהר כסף, cum sequatur כוהב וכסף — מטהר את בני לוי — כוהב וכסף oratio?

conflet conflataque purget. Nimirum Leuitarum

oratio? *purgabit argentum et purgabit Leuitas ut argentum.* Raucum hoc esset et insolens, immo ineptum. Quilibet sentiet, verba aptius fluere, si כסף omittitur, hoc modo. *Et conflabit conflataque purgabit: nempe* (ita ר esset reddendum in וטהר) *Leuitas purgabit, colabitque velut aurum et argentum.* Sunt aliqui, qui ad כסף subintelligi volunt כ. Sed tunc sensus longe ineptior euadit: *purgabit sicut argentum et purgabit Leuitas sicut argentum.* Cur comparatio bis institueretur, non intelligo. Deinde, cur ne etiam in priori membro adderetur וכוהב, nemo videt. — Sed videamus Versiones. Alex. καὶ (quod a Vatic. male abest) καθίσταται χωνεύων καὶ καθαρῶν ὡς τὸ ἀργύριον, καὶ ὡς τὸ χρυσίον. Sequitur Arabs. Sed Vulg. *Et sedebit conflans et emundans argentum.* Syrus: *Et reuertetur ad conflandum et purgandum veluti argentum.* Chald. *et reuelabitur* (legit cum Syro י רב) *ut conflet et purget, sicut* (vir qui conflatur et mundatur) *argentum.* Vide quam lectio olim variauerit! Ego, si quid video, hunc errorum fontem fuisse suspicor, ut, cum in codicibus quibusdam scriptum fuerit: יושב מצרף ומטהר וטהר, in aliis vero transposite, כסף וכוהב, quidam veterum, in margine Codicis sui, hanc leuem varietatem notaret, atque ad verba כסף וכוהב, scriberet in margine "כסף ר". (Et scribae, vbi in margine quid adscribebant, nullum signum apponere solebant, ex quo iudicaretur, ad quod verbum in textu id referendum sit. Exemplum ipse vidi in Cod. Dresdensi, etiam in eo qui in Biblioth. Acad. Lips. extat, vbi fol. 2. in textu extat ונכרת והנכרת et in margine ה apparet sine signo.) Hoc librarios decepit, ut, cum non viderent, quorsum illa

G

nota

tarum ordinem purgabit percolando eos argenti

nota, "ככסה ר", pertineret, post מטהר aliqui scribe-
rent ככסה וכוהב, aliqui ככסה neglecto "ר, aliqui
negligentius כסה. Ex his codicum varietatibus anti-
quissimis ortae sunt et ipsarum versionum correctiones,
primum marginales, deinde, ut fit, in textum rece-
ptae: uti quilibet in Versionibus supra positis id factum
esse animaduertet. Chaldaicum quidem puto ipsum
legisse ככסה, sed Alex. sine dubio primitus habuerunt,
haec: καὶ καθιερῶντων χωνεύων καὶ καθαρῶντων, καὶ κα-
θαρῶντων κ. λ. Sed mox orta est lectio κ. κ. χ. καὶ κα-
θαρῶντων τὸ ἀργύριον, quam Vulg. expressit et quae est
lectio hodierna; mox: ὡς τὸ ἀργύριον, quam Syrus
tuetur; mox: ὡς τὸ ἀργύριον καὶ ὡς τὸ χρυσίον, quam
Arabs secutus est.

Per se quidem sunt בני לוי [וטהר את בני לוי] *Leuitae*. Sed h. l. quia sermo est de Messiae temporibus, intelligi vult DRVSIVS ecclesiam christianam, quae constet sacerdotibus spiritualibus. Quod tamen mihi non placet. Mallem GROTIUM sequi, qui ipsos N. T. *doctores* significari statuit. Nam et scriptores latini et graeci, cum loquuntur de rebus, moribus, magistratibus, sacerdotibus, ciuitatis alicuius barbarae v. g. Cathaginenfium, eos vere non appellant vocabulis illis, quibus appellantur ab ipsis Barbaris, sed dant illis nomina illorum v. c. sacerdotum, quorum munus et dignitas conueniat cum munere et dignitate sacerdotum barbarorum. Idem faciunt prophetae et facere coguntur ideo, quia nomina N. T. tum nondum nota erant. Quare, cum v. c. de ecclesia Christiana vaticinantur, eam aut per imagines et tropos depingunt, aut vocabulis יהודה וירושלים notant. Sic h. l. non fo-
lum

genti auriq̄ue instar. Tum demum sacrificia

lum doctores N. T. sed vniuersim omnes ecclesiae Messianae omnium temporum doctores, *Leuitarum* nomine significantur, diciturque fore, vt Messias olim ecclesiae doctores reformet, remotisque auaris illis, impiis, peruersisque hominibus, sibi comparet tales, qui et ipsi essent viri sancti, et sanctam puramque religionem traderent, sacraque caste et pie administrarent. Ex quo efficitur, nullum praeterea singularem respectum dari ad locum Act. 6, 7. ad quem tot interpretes h. l. prouocant. Versiones omnino consentiunt.

'ווקק וגו'] ווקק est proprie *constringere, ligare, compedire*, vt Chald. וקק. Hinc apud Aeth. et Syros וק pr. *uter* vocatur, in quo scilicet vinum fere *comprimitur*. Etiam Arabes زق de *utro, folle*, et زقاق de *platea angustiore* dicunt. Deinde וק dictum est de eo quod *compressione percolatur*. Hinc vniuersim coepit valere, *percolare, perfundere*, et inde *purgare, mundare*, adeo vt h. l. idem sit, quod supra מוהר. Alex. καὶ χεῖ (Vatic. rectius χεῖ) αὐτὸς ὡς τὸ ἀργύριον καὶ ὡσαύτῃ τὸ χρυσίον. Sic Vulg. et Arabs. Nec Syrus dissentit, quamuis pro χεῖ habeat נִגְדָה; nam נִגְדָה est *remouere, eliminare*, dictumque olim est, de omnis generis impuritatibus, quae quouis modo separantur et amouentur, siue *abiiciendo*, siue *fundendo*.

הגיש] והיו ליהודי מגישי מנחה בצדקה Quid sit מנחה supra exposuimus. Hoc loco intelligitur cultus Christianorum. והיו intellige impersonaliter. Non pertinet ad Leuitas, sed sensus est is: emendato Leuitarum ordine, cultus Deo carus in ecclesia instituetur.

ficia Deo cara ab hominibus offerentur;
 4. Tumque placebunt Iouae sacrificia Iu-
 daeorum atque Hierosolymitanorum (i. e.
 verae

Sed בצרקה quid est? Notetur in vniuersim, צרקה
 directe opponi τῶ חטאה, aberrationi a scopo. Et le-
 ge de notione τῶ הכנה Iud. 20, 15. Hinc צרקה,
 mox virtutem et recte facta, quatenus Deo probantur,
 vniuersim notat, mox etiam singulas species, pietatem,
 constantiam, amicitiam, liberalitatem; vnde et Arab.
 صدق valet rectum, pium, constantem, liberalem esse.
 Et poteris inde Vocabula N. T. δικαιος, δικαιοῶ, δι-
 καιοσύνη cautius aliis interpretari. Iam בצרקה aduer-
 bii loco est, valetque recte, legitime. Sic Pl. 4, 6. ובהי
 צרק sunt sacrificia quae Deo probantur; quorum oppo-
 situm est, לחם מנאל ferta et liba illegitime confecta
 adeoque Deo indigna. Alex. καὶ ἔσονται τῶ κυρίῳ
 προσάγοντες θυσίας ἐν δικαιοσύνη. Sic reliqui.

V. 4. ערב] וערבה ליהוה מנחת יהודה וירושלים
 est ἐγγυᾶν, deinde vniuersim, ἐκδέχεσθαι, ἀναδέχε-
 σθαι. Vnde h. l. Alex. non male: καὶ ἀρέσει τῶ
 κυρίῳ θυσία Ἰούδα καὶ Ἱερουσαλήμ. Ita Vulg. et Sy-
 rus. Arab. ويرضي et beniuole accipiet. Chald. fri-
 gide: ורתגלי. Caeterum, vt בני לוי erant doctores
 noui Testamenti, ita h. l. יהודה וירושלים sunt Chri-
 stiani omnes.

ימי עולם] כימי עולם וכשנים קדמנות
 sunt saecula superiora, i. q. שנים קדמנות. Intelliguntur
 potissimum tempora Patriarcharum. Alex. καθὼς αἱ
 ἡμέραι τῶ αἰῶνος, καὶ καθὼς τὰ ἔτη τὰ ἔμπροσθεν,
 Bene. Sic reliqui.

V. 5.

verae ecclesiae) vti temporibus saeculisque superioribus. 5. Vobis vero (improbi Iudaei!) mox iudicem strenuum testemque acerri-

V. 5. *וְקָרַבְתִּי אֵלֵיכֶם לְמִשְׁפַּט* *Tò אליכם* refer ad Iudaeos, improbos illos, qui versu 17. c. 2. dicebant *איה אלהי המשפט*? His iam Deus respondet, dicitque se mox *adfore*. Ergo משפט est h. l. demonstratio sanctitatis diuinae, quae fit puniendo sceleratos. Et *וְקָרַבְתִּי אֵלֵיכֶם לְמִשְׁפַּט* est *in eo esse, ut iudicem strenuum te demonstrares*. Alex. καὶ προσάξω πρὸς (πρὸς male omissum est in cod. Alex.) ὑμᾶς ἐν κρίσει. Ponitur vero et alibi ἐν pro εἰς, et vice versa. Sic Vulg. Syr. Arab. Sed Chald. eleganter παραφράζει: ואחגלי עליכון למעבר דינא.

וְהָיִיתִי עִיר מִמָּהָר *Deus enim non solum Iudex est, sed et testis, Ier. 29, 23. et quidem αὐτόπτης, qui solus scrutatur arcana hominum et facta et consilia. Dicitur עיר ממהר, testis promptus atque paratus ad edendum testimonium. Adeoque non tam celeritatem exprimit quam facultatem eam, qua potest illico retegere arcana hominis, neque opus habet, ut studiose inquirat. Alex. καὶ ἔσομαι μάρτυς ταχύς. Sic ταχύς de prompto et facili, Iac. I, 19. Sic Vulg. Syr. Arabs. Sed Chald. Erit verbum meum — in testem. — In paraphrasi Chald. מומרי idem est quod ego Deus. Adeo ut nil efficere possint hoc Chaldaismo ii, qui דבר, λόγον, de verbo substantiali ab alio, praeter Ioannem, scriptore dici statuunt.*

בְּמִכְשָׁפִים וּבְמִנְחָמִים וּבְנִשְׁבָּעִים לְשַׁקֵּר וּבְעִשְׂקֵי שָׂכָר-שְׂכִיר אֱלֹמְנָה וְיִתְּוֹם וּמִטִּי-גֵר וְלֹא יִרְאוּנִי אָמַר *Contra maleficos, Φαρμακὸς siue Φαρμακείας, Ap. 21, 8. 22, 15. crimen, Φαρμακεία, Gal.*

acerrimum me demonstrabo, et vindictam
sumam ab hominibus veneficis, adulteris,
periuris,

5, 20. Apoc. 9, 21. 18, 23.) et *adulteros* (de quibus vi-
de Luc. 18, 11. 1 Cor. 6, 9. Hebr. 13, 4. Matth. 15, 19.
Marc. 7, 21. Gal. 5, 19. Rom. 2, 22.) et *periuros* (de
quibus agitur Rom. 1, 31.) et *qui subtrahunt mercedem
mercenario*, (hi comprehenduntur nomine ἀρπαγῶν,
Luc. 18, 11. 1 Cor. 5, 10. 11. 6, 10.) et *qui viduam, pu-
pillum et peregrinum opprimunt* (hi sunt ἀνελεήμονες,
Rom. 1, 31.) et *qui me non timent*, qui ἀσεβεῖς passim
in N. T. Haec GROTIVS, — מכשפים sunt omni-
no Φαρμακοὶ *venefici, malefici, incantatores*; id perpe-
tuo versionis Alex. vsu exploratum est: idque testatur
Arab. كسف, quod valet *obscurare*, atque de oculo
caligante dicitur: nam isti homines fascinabant oculos
spectatorum. Hinc Alex. et Theod. Exod. 7, 11. להטים
Φαρμακείας reddunt. Hinc Vulg. *maleficos*. Syrus
vt et alibi solet: نهمف. Chald. חרשיה. Arab.

الساحرات recte. Nam Arab. سحر (ebr. סחר,) per Metathesin idem est quod Chald. חרש, et Syr. —
נهمפ — מכשפים sunt *μοίχοι*; sic V. O. nisi quod
Alex. et Arab. foemininum habeant, reliqui mascul. —
לשקר sunt *periuri, ἐπίορκοι*, 1. Tim. 1, 10.
Alex. καὶ ἐπὶ τῶν ὀμνύοντων τῶν ὀνόματίμῃ ἐπὶ ψεύ-
δει. Qualis phrasis occurrit in Alex. Es. 19, 18. Sed
h. l. glossa esse videtur, quia talis παραφρασις inso-
lens esset. In marginem aliquis scripsit, τῶν ὀνόματί-
μῃ, aut illustrationis causa, aut quia in suo codice ha-
beret additum בשמי, aut quod mihi videtur, e loco
Zach. 5, 4. transcriptum est, vbi legitur: ὀμνύοντες
τῶν ὀνόματίμῃ ἐπὶ ψεύδει. Certe Vulg. et Syrus τῶν
ὀνόματίμῃ

periuris, mercedem mercenariorum viduas-
que et pupillos defraudantibus, peregrinos-
que

ὀνόματι μὲς non expresserunt, sed modo recentior
Arabs. — עשקי שכר-שכיר אלמנה ויהום sunt, qui
premiunt mercenarios, viduas, pupillosque. Vocabulum
עשק, proprie quidem non dicitur de שכר-שכיר, ut
sit *denegare mercedem*, sed h. l. ad tria nomina simul
pertinet, quod faciunt Ebraei, ut vno verbo ad plura
nomina posito utantur, ita, ut saepe vni tantum natura
sua conueniat. Quare improbo HOVBIGANTII con-
iecturam, qui, „Pleniorem, ait, scripturam habuere
„Graeci intt. qui sic, et in eos qui fraudant mercedem
„mercenarii et opprimunt viduam, et pugno verberant
„pupillum. Legebant ante שכר verbum בחשכי in eos
„qui fraudant, et ante אלמנה verbum בעשקי, in eos
„qui opprimunt.“ (Atque ego adderem: ante יהום
legerunt מגרמים nam גרמים Zeph. 2, 8. κονδύλισμὸς
reddunt.) „Nos scripturam בחשכי nostram facimus,
„quia nullibi vidimus verbum עשק confociatum cum
„nomine שכר *mercede*. Non difficile erat, ut omitte-
„retur בחשכי, quod forte esset supra בעשקי, verbum
„fere simile.“ Ingeniosa quidem est coniectura sed
1) insolentia τὸ עשק ut dixi nihil efficit. 2) Vulg. et
Syrus vti et Chald. nostram lectionem tuentur. Vnus
Arabs recentius vitium sequitur. Credo tamen, in
quibusdam codicibus recentioribus, lectiones illas ex-
stitisse, postquam aliquis primum margini tantum suo,
tanquam glossemata eas adscripsisset, forte ideo, quia,
ut HOVBIG. non videret, quomodo עשק regeret tria
substantiua. Deinde forsan textui, nisi Ebraeo, certe
graeco, illatae sunt. Itaque lectio Alex. a manu, ut
puto, recentiore aucta, haec est: ἐπὶ τὰς ἀποσερῶν-
τας μισθὸν μισθωτῶν, καὶ τὰς καταδυναστεύοντας χή-
ραν,

que opprimentibus, et vniuersim ab omnibus impiis — ait Ioua dominus vniuersi. —

σαν, καὶ τὰς κονδυλίζοντας ὀρφανούς: ita Arabs. —
 נַחַשׁ הַטֹּהַר est *opprimere causam peregrinorum* in foro, HOVBIGANTIVS legi vult, נַחַשׁ מַשׁוּמָה, et ita certe centies construitur verbum טוהה, vt Deut. 26, 19. 24, 17. 27, 19. Sed hoc nondum emendationi locum facit. Nesci batne vir doctissimus, 1) poetice saltem licere tale verbum omittere: 2) saepius dici טוהה sine מַשׁוּמָה e. g. Prou. 18, 5. קִרַּצַּת טוהה *opprimere iustum?* Frustra vero prouocat ad auctoritatem Alex. qui sic: καὶ τὰς ἐκκλίνοντας κρίσιν προσηλύτῃς. Nam 1) Alex. saepe sensum sequuntur, neglectis verbis. 2) Et hoc loco, κρίσιν προσηλύτῃς, e glossa ortum, et legendum esse ἐκκλίνοντας προσηλύτον (vt et Prou. c. 1. legi debere, ἐκκλίνειν τὸν δίκαιον, censeo) id docet Vulg. qui *opprimunt peregrinum* (Cod. Tol. inepte: *oppriment peregrinos*) habet. Neque HOVBIGANTII coniectura Chaldaei auctoritate iuuatur, quia ille παραφράζει. Et Syra versio hoc loco omnino corrupta, aut quod in allem, corrupte a WALTONO edita est, hoc modo: *qui defraudant mercedem mercenarii: et aduenam et pupillum et viduam: et propensi sunt aduersus eum, qui conuertitur ad me*, 1) omisit מַשׁוּמָה, nisi diceres, τὸ propensi sunt, referre illud מַשׁוּמָה. 2) Inuertit ordinem verborum, ac si esset, עֲשֵׂוּ קִרְבֵּי שְׂכָרִים וְגַר וְיָתוּם וְאַלְמָנָה. 3) Addit quod in Ebraeo non est, et quod repugnat orationi textae. — Caeterum Verba אֵלֶּי וְיָתוּם, pro אֵלֶּי וְשָׂמָה, versiones modo eodem explicant. — Haec de verbis sufficiant. Iam quaeritur, ad quae tempora haec pertineant. GROTIUS de euerfione Iudaeae per Romanos intelligit. Alii id ideo nolunt, quia dicitur, קִרְבֵּי אֵלֶּיכֶם. VENEMA קִרְבֵּי אֵלֶּיכֶם
 sensu

fi. — 6. Neque tamen ego qui IOVA
 fum, Ioua esse desinam. Nam nec vos,
 Jacobi

sensu praeterito accipit, idque male, quia γ conuersiuum
 adest. Neque etiam eius sententia per אליוכח iuuatur.
 Nam Prophetæ Iudæis *suorum temporum* saepe vel mi-
 nantur mala, vel nunciant bona multa post saecula euen-
 tura. Sed possunt duae sententiae ita conciliari, ut di-
 cas, intelligi h. l. omnes illas calamitates, quas respubli-
 ca Iudaeorum, inde a temporibus Antiochi Epiphanis,
 usque ad Vespasiani tempora experta est.

V. 6. $\text{כי אני יהוה לא שנית}$ Particula כי h. l.
 eandem connexionem orationis indicat, quam supra
 I, II. notauimus. Obiicere poterant Israelitæ, si Deus
 totam eorum rempublicam euertere decreuerit, se non
 videre, quomodo Deus suam veracitatem tueatur. Deus
 enim promiserat, se Deum fore Israelitarum, eosque
 bonis omnis generis ornaturum. Respondet Deus ita:
 Ego non muto decreta mea. Neque vos penitus dele-
 bimini. (v. 6.) Vos modo desistite a peccatis illis, qui-
 bus me inde a priscis temporibus violastis, (v. 7.) et ab-
 stinete a fraudibus illis, (v. 8.) quibus maledictionem
 meam vobis accersiuistis, (v. 9.) tum omnigenae vos
 reddam felicitati. (v. 10 - 12.) Iam de ipsis verbis. אני
 יהוה habet h. l. emphasin, repetendam e loco Exod.
 6, 3. Sensus est: ego qui IOVA fum, id est, Deus
 constans in promissionibus, quique ideo hoc nomine
 appellari volui, ut me talem agnosceretis. — שנית est
iterum vel aliter facere, diciturque actiue et passiue, pro
mutare et mutari. Arab. سواء C. V. valet, *armosum esse,*
mutari, corrumpi. Iam לא שנית GROTIUS: *Inexo-*
rabilis sum pertinaciter prauis. Ego malle de *con-*
stantia Dei in yniuersum intelligere. Nam antea de *mi-*

Iacobi posterii! omnino delendi extirpandique
estis.

nis, mox de *promissionibus* verba fiunt. Alex. Διότι
ἐγὼ κύριος ὁ Θεὸς ὑμῶν ἐκ ἡλλοίωμαι. Verba ὁ Θεὸς
ὑμῶν aliunde irreperunt. Exprimit ea Arabs. Sed
Vulg. *Ego enim Dominus non mutō pactum meum quod
a Saeculo est.* Verba ultima: *pactum* etc. adiectitia sunt.
Nam Vulg. non facile παραφράζει.

est *perficere*,
finire, tandem et *interire*. Ergo לא כליהם est: *non
penitus interibitis.* VENEMA illustrat locum nostrum,
ex locis Ier. 4, 27. 5, 18. quae non intellexit. Nam כלה
ibi de *fine* malorum dicitur, adeo ut לא אעשה
fit: *neque in hoc malorum finem faciam.* Quod contex-
tus docet. Et Ier. 5, 10. verba, וכלה אל-תעשו, ma-
nifeste ita reddenda sunt, *neque desinite donec deleueri-
tis eos.* Sed Alex. Καὶ ὑμεῖς υἱοὶ Ἰακώβ, ἐκ ἀπέχεσθε
ἀπὸ τῶν ἀδικιών τῶν πατέρων ὑμῶν. Docet haec ver-
sio, lectionem olim variasse sic, ut scriptum fuerit in
libris quibusdam: ואתם לא כליהם ממרי אבותיכם.
Nempe ממרי אבותיכם puta referre verba, versus se-
quentis, priora, ita ut pro למימי lectum fuerit ממרי.
Nam Alex. τὸ מרי per ἀδικίας reddunt, Ezech. 12, 2.
Atque adeo Syrus (quod, quia nec Ebraeus textus, nec
vllus veterum qui antiquior esset Syro, hanc lectionem
sequitur, non contemnendum exemplum est, ex quo
constet, Syrum sequi Alexandrinos) ita: *non desistitis ab
impietate vestra.* Forte exemplo vsus tali, ex quo, τῶν
πατέρων, incuria librarii omissum esset. Arabs verba
Alex. omnino expressit. Sed Vulg. *et vos filii Iacob non
estis consumti.* Equidem nullus dubito haec verba sup-
posititia esse. Aliena, ni fallor, manus, quales Versio
vulg. centies experta est, locum ad exempla ebraea h. l.
nimis

estis. 7. Sed more maiorum vestrorum praecepta

nimis manifeste emendavit. Sed restat quaestio excutienda haec: quae lectio sit praefenda? Equidem utramque video sensum dare egregium. Alexandrina lectio hunc: *Ego vero decreta promissionesque meas non mutuo. Vos modo abstinete ab impietate maiorum vestrorum.* Hodierna vero ebr. illum, quem supra in versione expressi. Itaque hoc loco nihil quicquam valeret, nisi *codicum* autoritas. HOVBIGANTIVS nos deserit, ergo expectamus KENNICOTVM. Hoc posses afferre pro tuenda lectione vulgari; כלות non facile reperiri c. מ, eo sensu, ut sit *abstinere ab aliqua re.* Sed posset alius regerere, esse h. l. alternationem verb. לה et לא, adeo ut כלות accipiendum esset a לא, κολύειν, et reciproce: ἀπέχειν. — Jonathan mediocriter delirat: *vosque domus Israel putatis, quod, quicumque moritur in hoc saeculo, iudicium eius cesset.*

V. 7. למימי אבותיכם סרתם מחקי ולא שמרתם]
 Hoc unum, ait Deus, in causa est, cur vobis promissiones illas non omnino praestiterim. — חקי יהוה sunt *leges, atque praecepta diuina:* et סור מחקי יהוה est *violare leges Dei.* Verba למימי אבותיכם ita interpretor: *sicut violarunt eas maiores vestri.* Nam το לא non debet negligi. לא est, *ad modum;* et למימי est: *ad modum, qui fuit receptus, inde ab aetate etc.* Et video quidem in vers. Syr. haec esse: *a diebus patrum vestrorum aberrastis a statutis meis.* Sed cum in superiore versu lectio ממרי אבותיכם, more Alex. iam fuerit expressa in versione syriaca, suspicor, a manu recentiore ista: *a diebus patrum vestrorum, esse adsuta.* — Verba ולא שמרתם emphatico pleonasmio ponuntur. Nam id faciunt Ebraei saepissime, ut propositionem affir-

affir-

cepta mea omnino violaſtis. Ergo emendate modo vitam moresque veſtros, tum et ego priſtinam vobis praeſtabo beniuolentiam, —
ait

affirmatiuam augeant illuſtrentque contraria negatione, vti eſt illud: *Er bekamite und leugnete nicht.* Talis negatio pleonaſtica poteſt cominode reddi per *omnino*, ita vt, *receſſiſtis et non cuſtodiuſtiſtis*, idem ſit, ac, *omnino receſſiſtiſtis*. Caeterum Alex. ἐξεκλίνετε νόμιμά μου, καὶ ἐκ ἐφυλάξαθε. Sic Syr. Arab. Chaldaeus. — Vulg. *receſſiſtiſtis a legitimis meis et non cuſtodiuſtiſtis*. Ita Vulg. fere ſemper reddit νόμιμα, *legitima*, vt Zach. 1, 6. Frigide ſatis.

שובו אלי ואשובה אליכם אמר יהוה צבאות
שוב אל-יהוה] ואמרתם במה נשוב est, *ad frugem redire, vitam moresque emendare*. Cum vero uſurpatur de Deo, ſignificat: *priſtinam pietatem praeſtare hominibus*. Alex. ἐπιſράφητε πρὸς με, (Vatic. ἐπιſρέψατε) καὶ ἐπιſραφήσομαι πρὸς ὑμᾶς, λέγει κύριος παντοκράτωρ. Καὶ εἶπατε ἐν τίνι ἐπιſρέψωμεν; Sic reliqui. — Cod. vero Tol, pro, *et dixiſtiſtis*, habet, *et ſatiabo uos; et dixiſtiſtis*, acſi fuiſſet olim in quibusdam Codd. ואשבועכם. Certe e Chald. iam verſione poteris tale quid ſuſpicari. Vide eam.

V. 8.] היקבע אדם אלהים כי אתם קבעים אתי
קבע pr, eſt *ſe obuelare et tegere*, ita, vt lateas: (*ſich verkappen*.) inde notare coepit, *clam et ſub ſpecie quadam alterum decipere, circumuenire*; denique ad fures tuanſlatum eſt, qui obuelati alios inuadunt et ſpoliant, vnde valet hodie vniuerſum, *ſpoliare et fraudare*, vt h. l. ἀποſερεῖν. Hinc apud Chald. קבען *praedonem* notat. (Saru. ∇AP eſt *tendere, figere tabernaculum*,
vnde

ait Ioua dominus vniuersi. — Et in qua re emendatione opus sit, queritis? 8. Quid? Num subditi magistratus suos defraudare au-
fint?

unde intelligis cur Aqu. Prou. 22, 23. καθηλθῶν.) Hinc Aeth. $\Phi\text{-}\text{N}\text{-}\text{V}$ et Arab. أقلق de cucullo dicitur. Et Arab. قبع est, *caput in collum vel indusium abdere*, c. VII. *abdere se in pellem etc.* Unde incertus interpres, Ezech. 23, 23. קובע, περικεφαλαία. — דמא intel- lige de *subditis*, quia opponitur τοῖς דימא magistratibus; sic enim interpretum, cum christianorum tum Iudaeorum, plerique exponunt τὸ דימא. Iuuatur etiam haec sententia autoritate Ionathanis: הורגו גבר קדם דימא. Caeterum דמא pr. hominem *tenuem* vi- lemque notat, et de plebe potissimum dicitur, praeser- tim vbi τῶ ψיא opponitur: adeo vt VENEMAM, per דמא h. l. *gentiles* innui, statuere mirer. Loca autem quae profert non probant hoc, דמא *gentiles* valere, sed hoc, *gentiles* aliquoties dici contentim דמא. Sed VENEMA in verborum significatione docenda, vbi SCHVLTENSIVM duceim non habet, raro sapit. — כר h. l. *redde at.* Alex. εἰ πλεγει ἄνθρωπος Θεόν; διότι ὑμεῖς πλεγετέ με. Melius Vatic. μήτι πλεγει κ. λ. Vulg. legit εἰ: *Si affiget homo Deum, quia con- figitis me.* — Cod. Tol. pro *configitis* — *configi- mus* — praeterita habet. — Puto vero hunc inter- pretem per *affigere* et *configere*, (quo vocabulo fere constanter vtitur,) barbare exprimere voluisse gerin. *jemand etwas aufheften, jemand aufsetzen.* Syrus et Arabs consentiunt. Sed legerunt μήτι. Aqu. et Sym. μὴ ἀποσερήση ἄνθρωπος Θεόν, ὅτι ὑμεῖς ἀποσερεῖτέ με, καὶ εἶπατε ἐν τίνι ἀπεσερήσαμέν σε;

דמאמרם

sint? At vos tamen me defraudatis. Quomodo? ait. In decimis et primitiis! 9. Cuius

המעשר] ואמרתם במה קבענוך המעשר והתרומם
 sunt *decimae* omnis annonae Graec. δέκατα et ἐπιδέκατα.
 התרומה autem notat, *primitias* annonae, gr. ἀπαρχάς,
 quae dabantur post decimas. Sed lectio sine dubio non sana est. Puto legi debere במעשר et
 ובתרומה. Hoc vult constructio grammatica. Hoc vidit HOUBIGANTIVS. Hoc confirmant Versiones
 veteres. Nam Alex. quidem ita: καὶ εἶπατε, (Vatic. εἰρεῖτε)
 ἐν τίνι ἐπιλεγνικαμέν (Vatic. ἐπιλεγνισαμέν) σε, ὅτι τὰ ἐπιδέκατα,
 καὶ αἱ ἀπαρχαὶ μεθ' ὑμῶν εἰσιν, id est, *retinetis*. Sic Arabs. Sed nescio an non hic
 etiam locus medelam Criticorum flagitet. Equidem putarem fuisse in Alex. ἐν τίνι ἐπιλεγνικαμέν σε;
 ἐν ἐπιδέκατοις καὶ ἀπαρχαῖς, postea, deperdita hac lectione,
 e Symmacho lacunam esse repletam. Quid enim? Nonne, simulac
 ad aures tuas peruenit talis versio, ὅτι τὰ ἐπ. καὶ ἀπ. μεθ' ὑμῶν εἰσιν,
 tam longe a simplicitate ebraea remota, tam diuersa ab ingenio
 versionis Alexandrinae, tam similis indoli Symmachianae, nonne tu,
 quisquis es rerum gnare, mecum idem coniecteris? Nonne mecum
 suspiceris, Vulg. et Syr. habuisse lectionem, ἐν ἐπιδέκατοις καὶ ἀπαρχαῖς,
 quam et ipse Chald. in Ebraeo legit. Nam reddunt omnes: *in decimis et primitiis*.
 Caeterum interpretes haec ad sacerdotes referunt. Ego vero malletm simul
 ad populum, ita quidem, vt et populus diceretur, nec omnes nec suo
 tempore, offerre decimas primitiasque, sacerdotes vero simul reprehendantur
 ideo, quod Leuitis sua non darent, adeo vt fame diffugerent, et sic eorum
 ministerio Deus destitueretur. conf. Deut. 18, 4. et lege in hunc locum,
